10266783

10286783

e Mat. mss. 423.

Mediol. 423-1

Med

Mat. med

Pharmaca

<36636432720010

Bayer. Staatsbibliothek

FRAGMENTA

DE

VIRIBUS

MEDICAMENTORUM

POSITIVIS

SIVE IN SANO CORPORE HUMANO

OBSERVATIS

A

SAMUELE HAHNEMANN M. D.

PARS PRIMA.

TEXTUS.

LIPSIAE,

SUMTU JOAN. AMBROS. BARTHII

1805.

10286783

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

10286783

PRAEFATIO.

Quae corpus mere nutriunt, *Alimenta*, quae vero sanum hominis statum (vel parva quantitate ingesta) in aegrotum — ideoque et aegrotum in sanum — mutare valent, *Medicamenta* appellantur.

Instrumentorum artis suae habere notitiam quam maxime perfectam, primum artificis est officium, medici vero esse, nemo, proh dolor, putat,

Quid enim medicamina *per se* efficiant, id est, quid in sano corpore mutent, perscrutari, ut inde pateat, quibus in universum morbis conveniant, nemo hucdum medicorum, quantum scio, curavit.

Vires Medicaminum, dum iis in morborum conflictu utimur, non quae ipsae per se sint apparent, sed morbi symptomatis transformatae — phaenomena mixtae prorsus naturae et complicatae, quae parempiricos reddunt medicos, dum iis nituntur, et parum ad artem veram exercendam conferunt. Has *relativas* nominare liceat vires.

Equidem vero satius duxi, medicamenta nulla aegroto corpori adhibere, nisi ea, quorum vires in sano corpore (*absolutas* vel *positivas* vocare libet) perspectas antea haberem et, si modo licuit, perspectissimas et

exploratas. Experimenta maxima quidem ex parte in me ipso, partim vero et in aliis cepi, quos noveram sanissimos et a morbo aperto alienissimos.

Medicamenta simplicia vires edunt in corpus sanum sibi unumquodque proprias, non tamen omnes simul vel in una et constanti serie, aut cunctas in singulis hominibus, sed hodie forsan has, illas cras, hanc primam in Cajo, illam tertiam in Titio, ita tamen ut et Titio aliquando usu veniat, quod Cajus inde sensit heri.

Medicina quaevis alias vires citius edit, alias serius, quae ambae sibi utcumque oppositae sunt et dispares, immo e diametro oppositae; illas vires *primarias* vel *primi ordinis* nuncupo, has *secundarias* vel *secundi ordinis*.

Habet enim in justa dosi unaquaeque medicina tempus sibi proprium et fere definitum agendi in corpus humanum, brevius, longius, quo transacto omnia a medicamine profecta symptomata una exspirant.

Quarum itaque medicinarum effectus pro natura ipsarum brevi decurrit spatio, horum vires primariae intra paucas horas apparent et disparent, post illas secundariae apparent, et non minus cito disparent. Hora vero ipsissima, qua vis quaelibet sese exserere soleat, constanter determinari nequit, partim ob naturam hominis diversam, partim ob dosium differentiam.

Quod majusculis typis expressum est symptoma, crebrius observavi, rarius vero quod minoribus literis excusum est.

Uncinis ( ) inclusa dubitanter profero, utpote non nisi semel a me ob-

servata, nec in casu satis integro, claro. Interdum veracitas hominis non satis probata hos uncinos addidit, vel si homo ingenii paululum hebetis erat, vel dietae aliqua vitia commiserat.

Medicamina aliquot observavi, quorum operationis curriculum duobus, tribus vel pluribus paroxysmis constat, ambas vires et primarias et secundarias complectentibus, illas quidem, ut in universum dixi, primo loco, has vero secundo loco procedentes.

Nonnunquam et tertii cujusdam ordinis vires observasse mihi visus sum.

Quae *reliquias* nominavi symptomata, ea non occurrunt nisi, ubi enormis dosis enormes susscitavit tumultus, tumque diutius justo aliquae, vel primae classis vires vel secundariae remanent, hae vel illae, ut fert cujuslibet hominis natura, vel in hanc morbositatem vel in illam potissimum prona.

Per mediocres vel parvas doses fere non nisi primi ordinis vires in conspectum veniunt, secundi ordinis minus. Illas inprimis curavi utpote ad artem medicam exercendam maxime aptas et scitu dignissimas.

Quatenus observare mihi datum est, veritati litavi scrupulosissime, religiosissime. Utamur his qualibuscumque; nemo me melius novit, quam manca sint et tenuia.

Adjeci ad calcem cujuslibet medicaminis ea, quae scriptores medicinae de positivis medicamentorum viribus quasi aliud agendo adnotarunt.

Pars secunda indicem complectetur.

H.

ACONITUM NAPELLUS. L. (succus herbae totius in sole inspissatus.)

Vis *) 16 ut plurimum horas durat, in minimis dosibus 8 horis absolvitur.

frigiditas totius corporis.

frigus totius corporis cum fronte calida, auriculis calidis et calore interno sicco.

Rigiditas frigida totius corporis, oculis apertis horridis, rigidis, gena altera rubra, calida, altera frigida pallida, cum pupillis angustis, parum et lente dilatabilibus.

horrescentia, metus frigoris **).

brachiorum frigus, stupor.

vertigo, titubationis in cerebro hinc inde pendentis sensus.

aviditas lucis ***).

muscae volitantes in visu.

sensus adstrictorius in faucibus quasi ab austeris.

---

*) Per totum operationis hujus plantae curriculum vires primi ordinis et subsequae secundi ordinis paroxysmis brevibus repetunt, bis, ter, quater, antequam effectus totus exspiret.

**) Aliquando post tertiam horam observavi.

***) An etiam Musices? sic mihi videbatur semel.

sensus adstrictorius in ventriculo quasi ab austeris.

† sensus in linguae radice, piperis modo titillans, cum salivae allectione.

punctus in faucibus quasi a setis e fructibus cynosbati *).

propensio in offensionem summa } **).

propensio in terrorem summa }

angor et morositas cum punctione in pectoris latere; tum pulsatio in scrobiculo; tum capitis dolor pressorius.

tremor, propensio in palpitationem cordis.

intolerantia strepitus maxima ***).

rixae cum mania scurrili alternantes a hora ad horam — fabulae aniles, animus nimis hilaris.

opprobriatio †).

articulationum omnium (ligamentorum eorum?) instabilitas ††).

veneris appetentia imminuta.

genuum instabilitas; status, gressus vacillans.

syncope.

paralysis volatica ani, sedes involuntariae.

paralysis volatica vesicae urinariae, mictus involuntarius.

paralysis volatica linguae.

asthenia in femoris capite inter eundum, sive impossibilitas incedendi ob dolorem innominabilem, intolerabilem, fere

---

*) Intra primam horam observatum.

**) Intra primam horam observatum.

***) Intra primam horam observatum.

†) Etiam quarta hora observatum.

††) Etiam quarta, sexta hora observatum.

quasi a contritione, vehementiae nunc majoris, nunc minoris, in femoris capite, post decubitum et somnum nata *).

asthenia in cruribus et femoribus paralytica post sessum.

memoria debilis **).

moeror.

timor ne vacillet.

meticulositas, ne mali quid sibi accidat. 5

angor inconsolabilis et ejulatus miserabilis, opprobriis plenus, ob mala et incommoda (parva) ***).

DE MORTE PRAESENTANEA TIMOR ET QUERELAE ****).

angor moribundi †).

decubitus.

propensio in decubitum pertinax. } ††). 10

somnolentia, somnus †††).

capitis dolor supra orbitam in maxillam superiorem tendens, lancinans, vomituriens, seu ejusmodi ut a vomitoriis oriri solet, quadantenus pressorius ††††).

capitis dolor pressorio lancinans, vomituriens, supra orbitam in maxillam superiorem tendens.

*) Post quintam horam observatum.
**) Etiam intra quintam et nonam horam observatum.
***) Post quintam horam observatum.
****) A secunda ad duodecimam usque horam observatum.
†) In sexta aliquando hora etiam observatum.
††) Etiam intra secundam et quintam horam observatum.
†††) Etiam secunda hora observatum.
††††) Post secundam horam observatum.

capitis dolor obnubilans quasi a crapula, in temporibus pressorius.
capitis dolor, quasi oculi e capite casuri essent.
capitis dolor, quasi cerebrum foras exprimeretur.
capitis dolor, quasi cerebri pars modo hic, modo illic tollatur, motu parvo et loquela et potu excitandus, augendus. *).
capitis dolor lancinanti pulsatorius, ut ab ulcere interno, per accessus loqui impediens.
capitis dolor hinc inde minutim pulsatorius.
capitis dolor pulsatorius in fronte sinistro, in fronte dextro ictibus fortibus per accessus **).
sensus crepitans***) in temporibus, naso, fronte.
proctalgia †).
lancinatio et pressio in ano.
dolor pressorius, qui gravitatem mentitur, in ventriculo.
dolor pressorius, qui gravitatem mentitur, in hypochondriis. ††).
dolor pressorio tensivus, quasi a pondere et plenitudine in ventriculo, hypochondriis †††).

DOLOR CONSTRICTORIUS IN PECTORE.

dolor pressorio coarctans in pectoris latere.

---

*) Intra semihoram observatum.
**) Post tres horas observatum.
***) Sensus soni quasi ab aurichalci laminis motitatis.
†) Prima hora observatum.
††) Post sesquihoram observatum.
†††) Post semihoram observatum.

dolor pressorio tensivus in pectore, in sterno.
dolor articulationis ossis sacri cum lumborum vertebris quasi a confractione.
dolor vertebrarum lumborum tensivo pressorius, vel quasi a confractione, cum torminibus colico-flatuosis connexus.
tormina colica, quasi a flatibus, pressorio tensiva.
tormina flatuosa in ima parte abdominis, quasi a purgantibus flatuosis.
borborygmi fermentantes quasi.
sedes molliores, parvae, tenesmodae *).
vomituriens nausea primo in scrobiculo, tum sub sterno, denique in faucibus sine salivae concitatione.
vomituriens nausea, quasi ab esu nauseosi cujusdam vel pinguis, vel dulcis **).
ructuum molimina frustranea.
sapor fatuus, piscosus, quasi aquae mucidae, in putrescentiam inclinantis.
anima foetida.
sedes albae.
excrementa alba, urina rubra.
diarrhoea aquosa.
dolor pressorius in regione hepatis, respirationem coarctans, postea statim tormina (forticantia?) in regione supra umbilicum.
icterus.
angor respirationem intercipiens, cum sudore frontis calido.

*) Tres, quinque per diem; interdum inter reliquias observatum.
**) Hora prima observatum.

asthma cum exspiratione valida, sonora.
dolor in scrobiculo pressorius, in angustiam pectoris transiens *).
scrobiculi dolor, quasi interne tumidum esset, cum anorexia et respiratione, per accessus, brevi.
respiratio per nares intercepta, maxime inter somnum.
pavor concussorius, agitatio, blateratio in somno.
dolor in dorso a nucha ad os sacrum usque quasi a contusione **).
dolor rheumaticus in nucha, colli motu tan-tum percipiendus ***).
dolor in osse cubiti strictorio lancinans, motu excitandus.
dolor in testiculo simplex, sive is, qui post conquassationem remanet †).
lancinatio et forficatio in glande penis durante mictu.
dolor vesicae inter eundum. } ††).
tenesmus vesicae colli. }
micturitio anxia †††).
micturitio post tactum abdominis.
hypogastrium post tactum dolorifice sensibile.
inter eundum dolores in lumbis quasi ad partum, tumque
dolor lancinans in latere dextro et animus flebiliter querulus.

---

*) Versus tertiam horam observatum.
**) Ante quartam horam observatum.
***) Etiam intra quintam et nonam horam observatum.
†) Secunda hora observatum.
††) Quarta etiam hora observatum.
†††) Quarta hora observatum.

ardor in umbilicali regione.
ardor et punctus in pectore.
ardor et punctus in faucibus.
dolor formicans in digitis.
dolor formicans in genis.
dolor formicans in gula.
dolor formicans in pectore.
dolor formicans in pectore, quasi a scarabaeis reptantibus.
dolor formicans in spina dorsi, quasi a scarabaeis reptantibus.
cutis formicatio, pruritus, desquamatio (maxime in parte pridem affecta).
tussicula.
tussis sanguinea.
epistaxis *).
catarrhi, coryzae symptomata **).
haemorrhois fluens.
Menorrhagia.
ophthalmia valde dolorifica, chemosis.
siccitas palpebrarum superiorum quasi pressoria ***).
caloris sensus primo in manibus, dein in toto corpore, in pectore adeo, sine calore sensibili externo †).
paroxysmi alternantes ††): modo inter genarum ruborem scurrilitas, caloris sensus universalis et capitis dolor inter movendum oculos sursum et ad latus,

*) Intra quartam et nonam horam observatum.
**) Etiam ab octava ad decimam sextam usque horam observatum.
***) Quinta hora observatum.
†) Quarta hora observatum.
††) Tertia, quarta, sexta hora observati.

modo inter genarum ruborem et calorem capitis horripilatio per totum corpus, cum sapore integro,
modo inter genarum ruborem horripilatio et lacrymatio cum cephalalgia pressoria,
modo inter genarum ruborem reluctantia pertinax, ardor circa umbilicum et pressorius in capite dolor.
sudor cum horrore febrili *).
Sudor lenis universalis.
volae manus frigido humidae.
(oedema frontis, faciei).
sensus quasi a convalescentia e morbo gravi **).
lucis odium ***).
somnus levior.
(lac in nutricibus auctum.)
animus fortis, constans, nec hilaris †).
animus irae capax.
pertinacia.
visus acutus,
memoria viva.
imaginatio viva.
cogitationes altae, meditatio alta.
pupillae dilatatae.
agrypnia ††).
ardor in vesicae collo extra mictum.
maculae puliceae in manibus, facie etc.

*) Post tertiam fere horam observatum.

**) Etiam post horam duodecimam observatum.

***) Post duodecimam horam observatum.

†) Horis post octavam.

††) Aliquando jam quarta hora observavi.

nausea diuturna, appetitus prostratus.
ductuum salivalium quasi excoriatio.
languor.
intestinorum debilitas, qualis a laxantium abusu evenire solet. } *).
sudor languidus. 5

*) Haec symptomata nonnisi tamquam *reliquias* observavi, inter doses majores, post 15 et 16 horas.

[OBSERVATA ALIORUM.]

CLAUD. RICHARD. ap. SCHENK lib. VII. obs. 136.
(a drachma pulveris in adulto.)

Angustia pectoris.
dolor stomachi.
oculorum obtenebratio vertiginosa, pulsu immutato.
mortis praesentaneae metus.
cum anxietate vomitus.
post vomitum statim spes erecta.
dolor posterioris capitis partis et colli.
delirium, ineptiae *).
delirio evanido, dolores stomachi, capitis, maxillarum, pectoris, et modo unius, modo alterius juncturae.
omnes juncturae dolent **).
ventris tumor, quasi hydropicus esset.
praecordia duro et doloroso tumore tensa.
punctio in renibus cum suppressione urinae.
brachium alterum et crus paralyticum.
pulsus febriculosus, saepe interceptus.
inter vomitum aliquoties repetitum et sedes, tamen querela perpetua quasi de lapide frigido in ventriculo.

*) v. c. Cantus in folio lacero.
**) Elapsis septem horis.

ophthalmia lippitudinosa, adeo dolorifica et horrida, ut mori potius cuperet *).

MATTHIOLUS, Comment. in DIOSC. lib. IV. Cap. 73.

(in adulto.)

De universi corporis lassitudine, imbecillitate magna et cordis gravedine querelae **).

inter audacem loquelam et vividis oculis frons sudore frigido madida, et pulsus fere deletus ***).

Idem, ibidem.

(a drachma in adulto.)

A pipere quasi sapor.

vomitus †) bilis viridis.

sensus quasi a globo circa umbilicum, superna petente, inque vertice et occipite auram quandam frigidam diffundente.

stupor paralysi similis in brachio et crure sinistro, ita ut vix manum summam movere possit.

ex sinistro latere, brevi a paralysi liberato, paralysis subito in dextrum latus migrat.

Sensus, quasi venae omnes frigescerent.

vertigines.

dolor capitis ardens, quasi cerebrum ab aqua bulliente commoveretur.

oris convulsio.

---

*) Symptomata omnia conquievere hora octava elapsa.

**) Post tres horas.

***) Quae sequuntur deletcria symptomata, omisi, utpote magis ab antidoto quodam ignoto, hic propinato, acerrimo, quam ab aconito profecta.

†) Post horam primam.

oculorum convulsio.
maxillarum acutissimus dolor, quasi excidere vellent.
oculi turgentes.
livida facies, labia nigra.
ventris tumor, quasi hydropicus.
vicissitudines mentis perturbationum contrariarum.
modo de vita desperatio, modo spes erecta.
modo rationis compos, modo delirans.
modo ploranti similis, modo cantans.
appetentia aquae frigidae.
occoecatio reiterata, loquela integra.
agon per vices repetens *).

VINCENT BACON, philos. transact. Vol. 38. No. 432. p. 287.

In lingua et maxillis ardoris sensus et formicatio, ita ut dentes vacillare viderentur **).
sensus quasi a tumore magno in genis.
formicationis et ardoris sensus totum corpus sensim occupans, maxime brachia et crura.
debilitas magna juncturarum, maxime genuum et malleolorum, cum vulsione in tendinibus, ita ut vix incedere posset.
sensus, quasi sanguinis cursus in extremitatibus interceptus esset.
ab emesi artificiali symptomata pejora.
vertigo.
Caligo in visu.

---

*) Post septimam horam symptomata evanida.

**) Statim post esum aconiti in acetario.

oculi distorti.
aurium continuus surdus sonus et susurrus, lipothymia subsequa.
capitis gravitas.
virium defectus.
nisus in decubitum.
pulsus duo, tres, citi; asphyxia, idem tempus durante, subsequa.
quiete jacet, sed friget et horret et stragulis multis operiri gestit.
calor lenis cum sudore modico.
somnus tranquillus *).

RÖDDER, in ALBERTI Jurispr. med. Tom. 6. p. 724.
(externe succus in vulnere.)

Dolores digiti et brachii.
cardialgiae.
anxietates cum metu suffocationis.
lipothymia.
calor magnus cum siti.
tumor partis, et gangraena, suppuratione insigni subsequa.

MORAEUS in K. Vet. Ac. Handl. 1739. p. 41.
Insania brevis.

---

vomitus cum siti molesta subsequa.

---

sapor fatalis **).

ANTON STOERCK, lib. de Stram. Hyos. et Acon. Viennae 1762. p. 71, 74, 80, 91, 96, 110.
In lingua ardor diu inhaerens.

---

*) Horarum quatuor ad quinque.
**) Relictis post mortem maculis lividis circa collum, dorsum et hinc inde in reliquo corpore.

momentanei, vagi, lancinantes dolores in lin-
gua cum salivae affluxu.

---

mador et sudor corporis totius.

---

pruritus in corpore, maxime circa pudenda.
pustulae rubicundae, acri humore repletae.

---

purgatio.

---

leucorrhoea copiosa, tenax, flavescens.

---

pustulae latae, rubrae, prurientes per totum
corpus.

---

lotii copiosius profluvium.

EBERH. GMELIN, Nov. Act. N. C. Vol. 6. p. 394.

Prostratio virium insignis.

ACRIS TINCTURA *). (Spiritus vini cum kali caustico digestus et, ne kali praevaleat, tinctura acido aceti saturata.)

Vis ad 20 et 22 horas usque extenditur.
angor maximus **).
(Vertigo.)
tremor.
tremor manuum.
rixae ***).
reluctantia.
dolores arthritici in omnibus membris. †).
dolor arthriticus in maxilla inferiori.
(dolor laceranti lancinans in aure cum susurro quasi a vento procelloso).
debilitas paralytica in artubus ††).
lapsus virium syncopticus.
artuum convulsiones †††).

---

*) Quid sit principium causticum, in calce viva et alcalibus causticis reperiundum, nondum liquet — *esse* tamen, nec a basi alcalica dependere, ex viribus medicatis vehementibus tincturae acris (acido saturatae) liquet.

**) Plus quam duodecim horas durare vidi.

***) Post quadrantem horae ad sesquihoram usque observavi.

†) Jam post semihoram incipere vidi.

††) Hora tertia observatum.

†††) An potius vulsiones uno ictu concussoriae fuerunt? ambigo.

pandiculationes *).
pedum frigiditas maxima.
oscitatio.
flatuum eruptio sursum, deorsum.
febrile frigus per horam, tumque
calor in fronte.
cephalalgia pulsatoria, pulsus arteriarum in cerebro vehementer dolorosi.
sudor vehemens.
pruritus in cute.
eruptiones in cute.
sapor escarum imminutus.
pressio in scrobiculo.
cardialgia.
(raucedo.)
asthma convulsivum.
dolor oculorum.
alvus soluta.
agrypnia **).

*) Sexta hora observatum.

**) Non satis mihi constat, an posteriorum symptomatum quaedam inter reliquias sint referenda.

AR.

ARNICA MONTANA L. (Tinctura spirituosa pulveris radicis, Radicis pulvis.)

Vis durat ad minimum 12, plerumque 16 horas.

Frigus, frigiditas universalis.
frigus maxime vespertinum.
(vertigo).
palpitatio cordis maxima *).
tremor.
capitis perturbatio.
inquietudo.
oculi horridi, anxietatis nuncii.
angor agonizans.
(inspiratio cita, gravis, exspiratio lenta).
oscitatio vespertina crebra, sine dormituritione.
oscitatio crebra.
languor.
dormituritio **).
hypochondriaca morositas ad quaevis segnis.
adiaphoria erga negotia; indifferentia.
taedet negotiorum, segnis ad negotia.
anxietas hypochondriaca.
spei abjectio.
lacrymatio.

*) Post octavam partem horae observatum.
**) Post semihoram observatum.

morositas summa, taciturna.
morositas primo varia appetens, deinde modo fastidiens.
vomituritio inanis *).
maxillae inferioris paresis.
appetentia aceti.
appetentia aeris liberi.
symptomata, maxime capitis perturbatio, angor, vertigo, augentur vomitu artificiali.
dolor pressorius in velo palatino **).
deglutitio strepera.
deglutitio nausea quadam impedita, quasi escae descendere detrectent.
plenitudinis saturo - nauseabundae sensus in ventriculo.
dentes mucaginosi ***).
ructus inanes.
ructus amari, hepatico -- sulphurei †).
regurgitatio aquae salsae.
sensus mordax in lingua ††).
sensus quasi ab excoriatione linguae †††).
cardialgia forficans, convulsiva.
dolor ventriculi, cardialgia.
borborymi, flatus.
flatulentia colicalis.
colica.
tormina quasi pressio a flatibus.
tormina lacerantia supra umbilicum.

---

*) Post quadrantem horae observatum.
**) Anginae species?
***) Prima hora observatum.
†) Post secundam horam observatum.
††) Etiam quarta hora observatum.
†††) Quarta hora aliquando observatum.

tormina dysenterica *), *in infimis ossium ilium recessibus ab utraque parte fodientia, nauseabunda, soporifera.*

nisus in diarrhoeam irritus.

tenesmus ani.

(proctalgia pressoria).

dejectiones parvae, crebrae, mere mucosae **).

egestiones diarrhoicae, albae.

(diarrhoea fermenti fusci instar).

excrementa indigesta, quamvis non fluida.

tenesmus vesicae urinariae, micturitio irrita.

lancinatus in urethra.

pruritus seu punctus pruriens in glande penis.

lancinatus singuli in scroto.

fissurae labiorum.

labia sicca, siti torrida.

sitis sine calore externo, pupillis parum dilatabilibus ***).

sensus corrugationis in palato, quasi ab austeris †).

ardor in faucibus cum caloris interni sensu, seu potius eo angore, quem calor excitare solet, sine calore externo.

calor in capite, corpore caeteroquin frigido, saltem non calido.

ardor, rubor in gena alterutra, corpore caeteroquin frigido, saltem non calido.

*) A secunda ad quintam usque horam observatum.

**) Aliquando intra sextam et septimam horam observatum.

***) Prima hora observatum.

†) Hora quinta observatum.

ardor in cerebro, corpore frigido, certe non calido.

capitis cum ardore dolor pressorio distendens.

dolor pressorius in fronte.

post cephalalgiam pressoriam (etiam in temporibus) cephalalgia pulsatorio pressoria.

post cephalalgiam, prima hora exacta, frigus externum et internum et angor continuus.

dolor in fronte punctorius, sublatione oculorum auctus, cum faciei calore et siti.

dolor in capite quasi a clavo per tempora transfixo, cum sudore universali, languore subsequo *).

dolor punctorio lacerans in temporibus (sinistris), identidem reiterans **).

(capitis dolor vulsorio lacerans, pronatione et tussi auctus).

formicatio in vertice externe ***).

dolor pressorius in aure.

susurrus aurium †).

narium exulcerationis sensus.

dolor punctorio lacerans in naso.

nasi tumor.

glandularum tumores.

dentium vacillatio, elongatio, non dolorosa.

(odontalgia, quasi a luxatis (vacillantibus) dentibus, pressorio pulsatoria, quasi a sanguinis turgore extra premerentur,

---

*) Post aliquot horas, media nocte.

**) Quarta hora observatum.

***) Post primam horam observatum.

†) Non nisi inter reliquias observavi, sed primi ordinis esse vim puto.

tactu tunc digitorum dolorosiores).

dolor pressorius in pectore (dextro) parvo spatio circumscriptus, nec motu, nec tactu, nec respiratione auctus.

(in pectore strictorius dolor cum anxietate).

sensus in pectore sinistro, medio, constrictorius, respirationem angustans, non dolorificus; scrobiculum tunc, si tangitur, dolore affectum, respirationem praecludente.

dolor lancinans in pectore sinistro, medio.

dolor in pectoris latere dextro punctorius.

dolor punctorio lancinans sub costis ultimis.

dolor lancinans in utrovis latere (pectoris), cum tussicula dolorem exasperante et asthmate continuo.

sternutatio *).

tussis siccissima ob pruritum in infima bronchiorum sede **).

tussis nocturna inter somnum.

haemoptysis.

tussis emesin creans ***).

post vagitum tussis in infantibus.

vociferatio tussifera infantum cum morositate et jactatione †).

reluctatio pertinax ††).

morositas imperiosa †††).

---

*) Ab interno usu.

**) Quarta hora observatum.

***) Intra secundam et quartam horam observatum.

†) Intra septimam et octavam horam observatum.

††) Quarta hora observatum.

†††) Post aliquot horas observavi.

(dolor lacerans in brachiis, manibus, et in occipite).
dolor arthriticus in dorso, in artubus.
sensus vulsorius in femore.
(psoadis abscessus).
dolor lacerans in artubus inferioribus.
statio dolorosa.
dolor quasi a distortione in carpo, in lumbis (in dorso, pectore).
dolor pressorius in pede *).
formicatio, reptatio in pedibus.
ictus singuli in pollice pedis.
lancinatus in pede per pollicem.
lassa artuum gravitas.
dolor omnium articulationum inter movendum (fere paralyticus).
dolor omnium membrorum vibrans, dum corpus concutitur, v. c. *in rheda, vel dum pes sistitur.*
hyperaesthesia dolorosa totius corporis.
dolor ingratus, formicatio, pressio in parte pridem affecta, contusa.
ulcerum pus in ichorem, in serum mutat.
inter somnum terrores, concussiones.
excrementorum secessus involuntarius inter somnum **).
appetentia veneris summa ***).
pavor †).

---

*) Qui tamen paralyticus erat.
**) Non vidi nisi inter reliquias.
***) In effoeto observatum; inter vires secundi ordinis referri debere videtur.
†) Non observavi, nisi inter reliquias.

[OBSERVATA ALIORUM.]

DE MEZA, Samml. br. Abh. f. pr. Aerzte, Tom. XIII. 1.

Anxietates.
angustia pectoris.
abdominis dolores anxii.
cephalalgia.
pulsus citus.
nausea, vomituritio.
calor totius corporis.
cardialgia.

A. CRICHTON, Samml. br. Abh. f. pr. Aerzte, Tom. XIII. 3.

Sensus in cute punctorius.
dolor ingratus in ventriculo.
cardialgia.
soda.
ictus quasi electrici in corpore.

COLLIN, obs. circa morbos p. 5.

Anxietas.
spasmus circa praecordia.
concussio quasi electrica.
ardor in epigastrio.
punctus in epigastrio.
intropressio umbilici.
sensus quasi a liquore in medullam spinalem vi injecto.

dolores lacerantes in artubus.
tremor.
formicatio, reptatio.
lancinatus in oculis.
ardor in oculis.
ardentes et secantes hinc inde dolores.
sudor.
mictio majoris urinae copiae, quam pota erat.

---

vomitus.'

VICAT, mat. med. I. S. 20 et 362.

Anxietates graves.
sudor pectoris ruber.

---

dolores lancinantes.

AASKOW, soc. med. hafn. collect. Vol. II, S. 162.

Vehementes vomituritiones.

ATROPA BELLADONNA L. (succus herbae totius solis calore inspissatus).

Vis per 58 horas ad minimum, per 72 horas ut plurimum durat.

Frigiditas universalis, facie pallida.
horror.
memoria imminuta *).
stupor mentis.
accessus vertiginis cum stupore mentis, aliquot minuta durans **).
obnubilatio capitis cum tumoribus glandularum in nucha ***).
inebriatio.
(a cibo capto statim inebriatio).
palpebrae diductae, latius apertae.
pupillae dilatatae. 10
diffidentia timida.
timiditas ploratoria †).
lacrymatio, ploratus, ejulatus, sine causa, maximus, cum meticulositate †).
desipientia meticulosa timens de cane atro, de patibulo etc. †).

*) Non certo scio, an inter vires primi ordinis sit referendum.
**) Circa decimam horam observatum.
***) Post sex horas observatum.
†) Semel post octavam partem horae, crebrius intra octa-

desipientia, vivo corpore putrescere metuit.
fuga motus, laboris.
abhorrescentia laboris, motus. } *).
rigiditas omnium artuum, sub specie lassitudinis sensus.
paresis omnium musculorum, maxime pedum.
paresis loquelae organi.
deglutitio impedita.
impotentia deglutiendi non dolorosa.
pulsus minimus, celer.
tremor, cum concussione convulsiva.
gravitas crurum tremula **).
cibi appetitus nullus.
potus appetitus nullus, adipsia.
suppressio evacuationum alvi, urinae ***).
agrypnia.
agrypnia ob angorem.
angore impeditus somnus.
dormituritio †).
somnum capturi pavor concussorius.
horror supra brachia et abdomen, non in capite ††).
pedes frigidi cum facie rubra, tumida, et congestione sanguinis ad caput.
rubor et calor capitis solius. } †††).
sudor faciei solius.

---

vam et duodecimam horam, etiam intra duodecimam et vigesimam horam, quamvis rarius, observavi.

*) Post primam horam, et circa quintam horam observatum.

**) Aliquando circa quartam horam observatum.

***) Ad decem usque horas.

†) Semel vidi post semihoram.

††) Circa secundam horam observatum.

†††) Aliquando circa primam horam observatum.

cùm frigiditate externa ardor internus.
sudor manuum copiosus frigidus *).
(motu levi (eundo) excitatus calor corporis).
singultus ructuosus, spasmus ex ructu et singultu compositus.
propensio in ructus frustranea.
ructuum molimina irrita.
nisus vomendi irritus.
nisus alvum exonerandi irritus.
sapor nauseosus, lingua pura.
sapor acidus panis.
os mucaginosum inter experrectionem e somno, cum dolore capitis pressorio, brevi ambo evanida.
post frustraneum alvum exonerandi molimen, vomitus.
tormina, cum intumescentiae abdominis sensu, constrictoria infra umbilicum, per accessus invalescentia, quae truncum incurvare et inclinare cogunt **).
dolores subiti, immanes, crampoides, breves, in alterutro latere pectoris, abdominis, immo lumborum, vel et cubiti, maxime in somno, partem dolorificam inclinare et incurvare cogentes ***).
tormina forficantia, trunco incurvato sedere cogentia, cum diarrhoeae molimini-bus frustraneis, vomitu subsequente.
(urina albida).

---

*) Circa quartam horam observatum.
**) Post quartam horam observatum,
***) Circa octavam, decimam sextam et trigesimam horam observatum.

dolores lancinantes in testiculo retracto *).
excrementa granulato citrina, aliquantum mucosa **).
egestiones parvae, celeres, involuntariae.
incontinentia urinae.
(calor pedum et manuum (vespertinus), nec tamen crurum aut brachiorum).
pruritus pedum vehemens.
formicatio a pedibus sursum ***).
dolor fodiens in plantis pedum, et terebrans †).
(dolor lacerans in tibiae corpore).
tumor pedum vespertinus.
gravitas crurum strictoria.
(intertrigo).
(salivatio).
excoriatio in buccis, ubi Stenonis ductus finit.
dolor lacerans in fronte, externe.
dolor lacerans in aure externa et interna versus inferiora.
dolor lancinans in parotide.
dolor in glandulis terebrans.
dolor capitis pressorius in alterutro hemicranio ††).
dolor capitis, quasi cerebrum foras exprimeretur, paulo supra orbitas in fronte, sublationem oculorum impediens, decumbere cogens, pupillas maxime contrahens, dormituriens, vocem submittens ††).

---

*) Aliquando circa duodecimam, decimam octavam, et trigesimam horam observatum.

**) Mucosa purulenta ?

***) Aliquando circa vigesimam horam observatum.

†) Serioribus horis observatum.

††) Aliquando circa quintam, aliquando circa vigesimam quartam horam observavi.

dolor immanis hinc illinc cerebrum lancinatibus obtusis, seu pressoriis permicans.
joci futiles, scurrilitas *).
dolor lancinans hinc inde sub cute in latere dextro, externe quadantenus.
(pressorio lancinans dolor in latere sinistro infra costas).
(strictorius in omnibus membris dolor).
lacerans dolor modo hinc inde in dorso, modo in brachiis inter menstrua **).
(pressorius in pectore et intra scapulas dolor).
catarrhus, seu tussis cum coryza.
tussis valida inter somnum cum stridore dentium ***).
extensio convulsiva artuum momentanea inter expergiscendum e somno.
per horam capillorum casus copiosus; tum cessans.
capilli antea idioelectrici, nunc minime. } †).
furunculus in humero.
pustulae parvae in naso, in buccis, in nucha, in brachio erumpentes, cito purulentae et crusta tectae.
labiorum anguli et nares ulcerata, non prurientia, nec dolorifica.
erythemata et maculae polymorphae scarlatinosae (prurientes?) ††).

---

*) Post minimam dosin circa sextam et octavam horam observatum.

**) Lacerantes hi dolores cum crampoidis illis, quos supra retuli, vel convenire, vel parum ab iis distare videntur.

***) Circa horam decimam observatum.

†) Circa horam vigesimam quartam observatum.

††) Circa horam decimam sextam observatum.

synochus erysipelacea, tumoribus inflammatoriis, immo gangraenosis stipata.
menstrua *).
pulsus magnus, plenus, rarus.
furor atrox, laedens **).
pupilla contracta, aegre dilatabilis.
appetitus auctus.
sitis intensa.
sudor magnus.
sudor nocturnus, adustionem olens.
sopor profundissimus.
spasmus ventriculi in prandio chronicus.
anorexia chronica.
tubercula, tumores frigidi, dolorifici, chronici.
***).

---

*) An inter vires secundi ordinis sit referendum, me latet.
**) Trigesima hora observatum.
***) Haec tria inter reliquias observavi.

[OBSERVATA ALIORUM.]

W.TH.RAU, Act. Nat. Cur. Vol. X. obs. 24.

(a baccis in adulto.)

Sensuum privatio *).
calor vehemens.
pulsus celer, inaequalis.
stertor in bronchiis.
respiratio difficilis.
spastici artuum motus.
balbuties linguae.
faucium inflammatio.

---

dementia aliquot septimanarum.

J.F.C.GLIMM, Act. Nat. Cur. Vol. II. obs. 60.

(a baccis in trimula.)

Aversatio ciborum.
sitis anxia.
captatio somni frustranea.
vomitus ciborum indigestorum, ante duodecim horas manducatorum.
convulsiones enormes, epilepsiam mentientes.
insania.
respiratio violenta, parva, crebra. anxia **).
pulsus celerrimus, debilissimus, fere tremens.

---

*) Post duas horas.
**) Post octodecim horas.

siti ardente et aestu excruciata potum modo desiderat, modo repellit exhibitum.
capilli madore rigent.
vultus rubet tumens, reliquo corpore pallido.
oculi scintillantes, torvi.
corporis sudantis agitatio.
mictus frequens urinae pallidae, tenuis, aquosae, copiosae.
garrulitas incongruorum, mente vehementer perturbata.
cachinnus.
convulsiones repetitae, spasmi dirissimi, inprimis flectentium musculorum.
intermissio inter convulsiones, clamoris altissimi plena, dolorum proditoris.

J. G. HASENEST, Act. Nat. Cur. Vol. III.
(a baccis.)

Soporosus affectus.
amentia.
pulsus debilis, tardus.
mutitas.
coecitas.
gestus ridiculi, corpus obviorum palpat, nunc sedet, nunc circuit caligans, jam lotricis, jam pecuniam numerantis, jam vero bibentis speciem prae se ferens.
trismus.
quasi somnolenta murmurat.
aestus internus, ardor circa ventriculum.
amaurosis *), typis excusa legere non potest.

*) Ultra tres dies durans.

MAY, harnöv. Mag. 1773. No. 97.

(baccae in infantibus.)

Inebriatio *).
delirium.
sitis molestissima.
nisus vomendi irritus.
furor cum stridore dentium et convulsionibus.
pupillae diductae, immobiles.
facies rubra, tumida.
trismus.
deglutitio labefactata.
ventriculi irritabilitas deleta.
sopor profundissimus cum tendinum subsultu, facie pallida et frigida, manibus frigidis et pulsu duro, parvo, celeri.

MAPPI, plant. alsat. S. 36.

Gangraena universalis.

MARDORF, Diss. de maniacis Giesensibus, Giesae 1691.

(a baccis.)

Subitaneae phlogoses.
somnolentia turbulenta.
titubatio.
oscitatio ebriorum more.
suspiria in tripudium soluta.
furor capillos adstantium diripientis.

J. J. WAGNER, Misc. Nat. Cur. Dec. II. ann. 10. obs. 108.

(a baccis.)

Virium lapsus.

*) Post semihoram.

anxietas magna circa praecordia.
cardialgia.
stupiditas.
aphonia.

---

tormina ventris.
cruciatus diri circa praecordia.
stupor.
convulsiones epilepticae.
apoplecticus status.

---

haemorrhagia oris, et narium.

---

lethargicus, apoplecticus status, ultra nychthemerum, sine ullo membrorum motu; vellicatus, oculos quidem aperiebat, sed vocem nullam edebat.

J. C. HOYER, Misc. Nat. Cur. Dec. III. ann. 7, 8. obs. 176.

(a baccis.)

Delirium cum ferocia.
vigiliae aliquot dierum.

J. F. DILLENIUS, Misc. Nat. Cur. dec. III. an. 7, 8. obs. 161.

(a baccis.)

Profundus somnus.

---

insania, abjectis vestibus, indusio solo velati in plateas excurrunt gesticulando, tripudiando, cachinnando, et delira multa tam blaterando, quam agendo.

J. J. MAYER, Commerc. lit. nor. 1731.
(a baccis.)

Caput obtenebratum et inebriatio quasi a vino nimio, cum tumore et rubore faciei.

---

calor summus universalis cum delirio.
spuma sanguinolenta ante os *).

BOUCHER, Journ. de med. Vol. XXII, 1766. S. 310.
(a baccis.)

Inquietudo.
delira blateratio.
agitatio continua totius corporis. 5
spasmi continui oculorum, manuum.

---

oculi splendidi, pupillis summe dilatatis **).
vultus inquietus.
motus continuus corporis, maxime brachiorum, pulsu integro. 10
abdomen tumidum, nec tamen durum, nec dolorosum.

---

animus abjectus, demissus.
vultus conturbatus.
pulsus exilis, debilis.
motitatio valida hinc illinc, in lecto. 15
mictus involuntarius.

---

pupillae maxime dilatatae.
oculorum bulbi in gyrum spastice moti.
brachiorum et manuum continua intorsio.

---

*) Inter mortem.
**) Circiter post viginti horas.

brachia et manus interdum protensa, quasi aliquid captatura.
mictus involuntarius.

---

sopor *) cum pulsu exili, debili, inaequali.
mictus involuntarius.

SAUTER, HUFELAND'S Journ. d. pr. Arzn. Tom. XI. 1. S. 122.

(a rad. granis octo.)

Siccitas oris cum siti.
brachii pridem laesi livor, lancinatus, dolor tensivus **).
faciei tumor intense ruber.
cutis in facie crassa, quasi exanthema eruptu-rum sit.
totius corporis pruritus, eruptio stigmatum et macularum rubrarum ***).
pupillae dilatatio.
visus objectorum multiplex, scotomicus.
pulsus plenus, fortis †).
enuresis.
mania ferox.
vultus atrox, musculi voluntarie et involuntarie ad furorem concitati.
in fugam nisus.
dilacerat obvia, mordet, screat.
modo violenter captat obvia, modo timide se retrahit.
sudor.

---

*) Circiter post triginta horas.
**) Post tres horas.
***) Post quatuor horas.
†) Post duodecim horas.

SAUTER, in Hufel. Journ. d. pr. Arzn. Tom. XI. 1. S. 125.

Sitis aucta.
mentis alienatio.
suffocatoria deglutitio potus.
continuus omnium musculorum motus.
tumor colli, pectoris.
oculi agitati, rubri, splendidi.
pupillae dilatatae *).
pulsus plenior, mollior.
maculae rubrae in facie, collo, pectore (toto corpore).
sudor universalis **).

ELIAS CAMERARIUS, in obs. et apud WEPFER, hist. cicutae. (a baccis.)

Sitis immanis aquae frigidae ***).
deglutitio aquae difficillima et non nisi in minima quantitate.
blateratio inconcinna †).
crampus, spasmus ventriculi.
vomitus ††) et statim somnus altus plurium horarum.
expergefactio cum amaurosi.
delirium.
pulsus celer, debilis †††).
abdomen circa costas tensum.

---

*) Post tres horas cum semisse.
**) Post $6\frac{1}{2}$ horas.
***) Post circiter quatuor horas.
†) Post circiter sex horas.
††) Post circiter septem horas.
†††) Post circiter novem horas.

oculi coeci continuo aperti.
cutis calore ardens.
corpus modo immobile, modo artus motibus miris flexi.
modo delirat, modo juste respondet et queritur.
modo respirat, modo ultimum halitum exspirasse videtur, vicibus per quadrantem horae quater alternantibus.

SAUVAGES, Nosol. Tom. II. p. II. S. 338.

Febris.
inflammatio superficiei corporis.
aphonia temporaria.
delirium jucundum.
sopor.

WEINMAN, in GMELIN Giftpfl. S. 296.

Tremor linguae.
risus sardonius.

LOTTINGER, in med. chir. Wahrnehmungen Altenb. Tom. II. S. 326.

Siccitas oris, quasi cutis faucium a materia mordicante et acri degluberetur.
atonia paralytica oris partium.
vacillatio.
urinae epischesis guttatim prostillantis.
presbyopia.
sapor deletus.
anorexia.

DUMOULIN, in med. chir. Wahrnehmungen Tom. II. S. 78.

convulsivi motus extremitatum mites.

vultus torvus.
cachinnus.
lacrymae.
verba atrocia, semiarticulata.
dilacerandi obvia nisus.
mordendi adstantes nisus.
paralysis sphincteris ani, alvi exoneratio involuntaria.
paralysis sphincteris vesicae urinariae, mictio involuntaria.
paralysis extremitatum inferiorum.

Med. chir. Wahrnehm. Tom. VII. S. 65.

delirium.
cachinnus.
cantus.
reminiscentia factorum ante triennium gestorum.

de ST. MARTIN, Journ. de Medic. Tom. XVIII. Aout.

Risus sardonius.
circuitio, circumactio in gyrum.
convulsiones, contortiones omnium musculorum.
causus *).
pulsus minimus intermittens.

SICELIUS, diatribe de Bellad. Jen. 1724.

Inebriatio.
pituita tenax oris.
dormituritio.
deglutitio impedita.

*) Post duodecim horas.

de MEZA, Samml. f. pr. Aerzte, Tom. XIV. St. 3.

Siccitas oris vix delenda,
vomitus pituitoso biliosus,

R. BUCHAVE, ibid. St. 4.

Siccitas in ore, faucibus, naso per quatuor horas.
indeglutitio ob siccitatem oris, faucium, nasi.
balbuties ebrii instar.
micturitio indesinens.
pulsus plenus, celer.
congestio sanguinis ad caput.
genarum rubor.
vertigo.
stupor mentis.
scotomia a pupillarum dilatatione.

---

genarum tumor et rubor.
faciei tumor magnus cum calore.
totius corporis tumor cum rubore.
loquacitas quasi a delirio cum oculis fixis et horridis.
post loquacitatem mutitas.
mentis absentia.
inter somnum sudor.

---

oculi retorti inter faciei tumorem et ruborem.

---

exanthema morbillosum.

---

amentia cum artuum convulsivis motibus.
rubor totius corporis cum pulsu celeri.

---

rubor et calor magnus genarum.

---

loquacitas delirans.

---

post somnum morositas summa, mordet adstantes.

J. B. PORTA, Mag. nat. lib. VIII, 1.

(ab aquae belladonnae uncia.)

Jacuit quatriduo sine cibo et motu, mortui instar.

de LAUNAY d'HERMONT, hist. de l'acad. des sc. 1756.

Respiratio difficillima.
deglutitio abolita.
urina suppressa.
febris ardens, causus.
inebriatio.
tremor.

HORST, Op. omn. II. S. 488.

Urinae fluxus nimius.
tumor capitis.
delirium continuum.
tremor.

TIB. LAMBERGEN, lectio inaug. sist. ephem. persanati carcinomatis. Grö-ning. 1754.

(a foliis.)

Vertigo titubans.
siccitas oris.
angor.
cardialgia.

presbyopia, non nisi literas majores legere potuit.
tumor (sine rubore) faciei, maxime labiorum.
labii ulcus, ruptum.
bullae aqueae in vola et in tibia ad rupturam pronae.
bullae aqueae serum affatim fundentes, maxime dolorosae, ejulatum exprimentes.
dolor capitis vehemens.
menstruum auctum.
anorexia totalis.
dolor crurum immanis, pedem extendere cogens.
digiti inflammatio dolorosa, bulla obsessi.
bullae serosae dolorificae in sterno.

WIERUS, de praestigiis daemon. lib. III, Cap. 17.

(a baccis.)

Furor.
inagnitio parentum.
animi languor.
corporis languor.
somnus profundus 24 horarum.
stupor mentis.

SAUTER in HUFELAND'S Journ. d. pr. Arzn. Tom. XI. St. 3. S. 126.

Vesana patrat *), tunicam dilacerat, lapides e terra eruit, quibus obvios feriat.
in aquam se praecipitem dat.

---

mania ferox **).

---

*) Post duas horas.
**) Post decem horas.

facies profunde rubra.
pulsus plenus, magnus.
corpus totum tumidum, ardens, rubrum.
blateratio velox rerum insanarum.
lacerat indusia et vestimenta.

---

accessus symptomatum, inquietudinis, spasmorum, delirii reiterant circa septimam horam vespertinam.

GREDING in LUDWIGII advers. med. pract. 1, P. 4.

Somnus tranquillus.
oculi inflammati.
ardor in oculis.
pressio in oculo quasi ab arenulis.
enuresis.

---

sedes virides.

SCHRECK, Commerc. lit. nor. 1743.

Tormina.
furor.
spasmi oculorum.

SCHMUCKER, chirurg. Wahrnehm. II.

Anxietas.
oppressio pectoris.

LENTIN, Beobacht. 81.

Ulcera interna.
febris post quotlibet praebium.

GÖKEL, Fränck. Saml. III.

Inflammatio fauçium.

inflammatio ventriculi.
inflammatio duodeni initii.
abdomen tumidum.

MANETTI, Viridar. flor. 1751.

Spasmus ventriculi.
deglutitio abolita.

ALBRECHT, Commerc. lit. nor. 1731.

Ardor in abdomine.
delirium, accessibus reiterans.
inebriatio.

VALENTINI, Misc. Nat. Cur. Dec. II. ann. 10. obs. 118.

Delirium accessibus reiterans.
furor.
sopor.

CARL, Act. Nat. Cur. Vol. IV. obs. 86.

Cachinnus immanis.
ardor internus.
debilitas magna.

BUCHHOLZ, in Hufel. Journ. d. pr. Arzn. Tom. V. 1. S. 252.

In visu nebulae ante oculos.
sensus in cerebro quasi ab aqua fluctuante.
literae aureo et azureo colore tremulantes.

MOIBANUS, ap. SCHENCK lib. VII, obs. 164.

Conturbatio mentis ita ut, utrum dormiat, an vigilet, nesciat.

perturbatio sensuum, in somnum propensi, ut, quodammodo vigilans, somniare sibi videatur.
oculis insectorum variae imagines et lemurum quaedam ludibria obversantur.
in libris lecturus, praeter candidam marginem, nigris areis literarum circumfusam, nihil agnoscere potest.

VICAT, plant. venen. de la Suisse S. 181.

Deglutitio difficilis et dolorosa.
sapor salivae incongruus.

---

raucedo.
aurium susurrus.
insensibilitas.
asthma.
calor ardens externus vel internus.

---

delirium vel per intervalla rediens vel continuum, hilare primum, postea plerumque in furorem mutatum.

BUCHOZ, apud VICAT, pl. ven. de la Suisse S. 183.

Ebrietas.
delirium.
praecipitatio ab alto.

EHRHARDT, Giftpflanzen X.

Rigiditas totius corporis.

CULLEN, Arzneimittellehre, II, S. 307.

Siccitas insignis faucium.

oesophagi constrictio insignis.
haemorrhagia faucium fatalis.

v. WASSERBERG, in Stoll's ratio medendi. P. III. p. 403.

Siccitas in ore, oesophago, naribus, oculis.

EVERS, in SCHMUCKERS verm. Schr. B. I. p. 185.

Sudor magnus.
enuresis.
menstruatio.

EBERH. GMELIN, Acta Nat. Cur. Vol. VI. App.

(a baccis in viro.)

Inquietudo.
anxietas.
delirium.
floccos carpit, evellit.
horror *).
oscitatio crebra.
de morte instante timor.
tremor.
vertigo.
e lecto exsilire tentat **).
inquietudo, anxietas.
delirium.
straguli tectum projicit.
convulsiones.
sensibus orbus.
suspiria ***).

---

*) Spiritu vini poto.
**) Post opii electuarium sumtum.
***) Mors post quatuordecim horas.

LAURUS CAMPHORA L. (camphorae pulvis et solutio in spiritu vini.)

Vis duodecim circiter, ad summum sedecim vel viginti quatuor horas durat.

Pupillae contractae.
frigiditas universalis maxima.
pallor faciei.
hyperaesthesia frigidi aeris.
oculi horridi fixi.
horrescentia, horror cum cute anserina, cute dolorifice sensibili.
adiaphoria.
sensus aboliti *).
mentis impotentia.
trismus.
caput obstipum et oblique, humerum versus, revulsum *).
bulbi oculorum sursum versi.
respiratio alta, lenta.
respiratio fere deleta.
akynesia. } *).
spuma ante os. }
dyskynesia et lassitudo crurum.

*) Paucis post ingestam camphoram minutis observavi.

pulsus parvus, durus, lentior, lentiorque.
fragor junctturarum, lumborum, genuum, pedum.
palpitatio cordis.
angor.
tremor pedum.
sudor frigidus.
pedum instabilitas tremula.
brachiorum aliquae convulsivae rotationes.
dormituritio.
omnia objecta externa odio sunt et morositatem aversantem causant.
(ejulatus lacrymatorius in loco abdito, dicta aliorum tamquam imperata aegre ferens; animus injuriari et conviciis lacessiri se putantis).
contentiositas *).
asthma suffocatorium, pressione quadam a scrobiculo epigastrico proficiscens **).
erysipelas ***).
dormiturientis et oculos claudentis is phantasiae lusus, quo omnia objecta modo justo crassiora et grandiora, modo, momento post, graciliora justo esse videntur, secundum velocitatem pulsus reiterans †).
dolor ventriculi.
dolor pressorius in scrobiculo, vel in hepatis anteriori parte.
dolor constrictorius circa hypochondria ad vertebras lumbares usque.

---

*) Secunda hora observatum.
**) Prima hora observatum.
***) Externo usui adhibita camphora.
†) Secunda hora observatum.

ce-

cephalalgia pressorio lacerans.
cephalalgia pulsatoria.
cephalalgia quasi a contusione, a contritione, a vulnere.
constrictionis in basi cerebri, maxime occipite et supra nasi radicem dolor indesinens, pedes frigidi manusque, frons calida, coma vigil, capite in alterutrum latus acclinato, cephalalgia pronatione magna, decubitu et pressione externa perquam aucta.
calor in capite et sensus in eo, quasi a sudore; erupturo cum horrore artuum et abdominis *).
lancinatus singuli vehementes in dextro hemicranio.
lancinatus singuli vehementes in velo palatino. } **).
dolor in canto narium anteriori lancinans quasi ab exulceratione ***).
dentes quasi elongati, odontalgia quasi cum glandulis submaxillaribus correspondens.
dolor periostei omnium ossium.
dolor rheumatico lancinans in omnibus musculis, maxime intra scapulas.
pollutionum molimina.
sensatio quasi objecta solito lucidiora et nimis lucida essent †).
pupillae dilatabiliores et magis dilatatae ††).

*) Tertia hora observatum.
**) Quarta hora observatum.
***) Secunda hora observatum.
†) Hora circiter quinta observatum.
††) Hora quinta observatum.

consilii praecipitatio.
rubor genarum, auricularum.
congestiones sanguinis ad caput *).
calor capitis, manuum, pedum, sine siti.
cephalalgia obtusa supra os frontale, vomituritiva.
cephalalgia quasi a constrictione cerebri.
coma et cephalalgia constrictoria aucta **), calor totius corporis magnus, venae tumidae, respiratio cilissima, sitis nulla, sapor integer, dorsi dolor quasi a contritione.
pulsus plenus, celer.
sudor calidus frontis et volae manus.
sudor universalis calidus.
bronchiorum et arteriae asperae dolor, inter tussiendum maxime, immo et inter screatum.
stertor in somno in exspiratione et inspiratione.
mictio dolorosa.
ardor urinae.
urina rubra.
ischuria, tenesmus vesicae.
radius exilis urinae.
mictio involuntaria post urgentem nisum mingendi.
ructus, eructatio contentorum ventriculi.
flatulentia.
alvi constipatio.

---

*) Aliquando hora sexta observatum.
**) Post quatuor horas.

ophthalmiae.
gravedo.
coryza.
dentium vacillatio dolorosa. } *).

*) Haec post horam decimam ut reliquias observavi; ad secundi certe ordinis vires referenda videntur.

[OBSERVATA ALIORUM.]

Cullen, Arzneimittell. II. p. 333.

(a 40 granis.)

Pectus concutit et animo delinquitur *).
insensilitas.
pulsus perquam debilis, vix perceptibilis.
respiratio fere evanida.
pallor, frigiditas totius corporis.
somnus cum pulsu et respiratione auctis **).

---

pulsus lentior ***).

Heberden, med. transact. Vol. I. p. 471.

(a scrupulis duobus in clysmate.)

Dolores quasi ad partum insignes.

(ab usu interno.)

stranguria †).

Whytt's Works, p. 646.

(a Semidrachma.)

Ardor ventriculi.
oculorum caligo.
congestio sanguinis ad caput insignis.

---

*) Post semihoram.
**) Post tres horas.
***) Decem ictibus.
†) Paulo post captum bolum camphoratum.

GRIFFIN, Diss. de camphorae viribus. Edinb.

(a semidrachma.)

Nausea.
vomitus biliosus sanguine tinctus.
pulsus sensim celerior.

(a scrupulis duobus,)

ardor ventriculi.
pulsus pluribus ictibus lentior.
oscitatio et somnus *).
vertigo per intervalla rediens.
ebrietas.
horror levis.
pallor vultus.

ALEXANDER's experim. essays, p. 227.

(a scrupulo uno **).

Pulsus tribus ictibus imminutus.

protensis brachiis incurvatio digitorum.

———

debilitas chronica.

———

*) Sequentes paroxysmi 25 circiter minuta durabant et reiterabant.
**) Per semiminutum.

MENISPERMUM COCCULUS, L.

(seminum pulveris tinctura *).

---

*Vi s*ad minimum 36 horas durat.

Angor repentinus summus.
palpitatio cordis.
anxius animus.
desperans animus.
animi desponsio.
lacryma.
animus atrociter serius, tum querulus.
morositas summa.
mens fixa, inattentio alte cogitabundi.
cogitationes immotae.
mens tristissimis cogitationibus immersa, offensae haerent alta mente repostae.
serius, de valetudine sua parum sollicitus, valetudinem aliorum scrupulose curat.
animus malefacta aliorum et prave dicta et mendacia vel minima maximi faciens, aegre ferens. **).
amor laboris nullus.
amor nullius rei, achaeria.

---

*) Summarum virium.
**) Post sex horas.

intolerantia interpellationum, strepitus.
vis vitalis languida.
debilitas summa.
nisus in decubitum.
artus quasi paralytici.
artuum paralytica immobilitas cum stricturiis doloribus quasi in ossibus.
pedum paralytica immobilitas *).
paroxysmi astheniae paralyticae cum dorsi dolore.
hemiplegia sinistri lateris.
vertigo per sex horas.
muscae amauroticae oculis obversantes.
visus hebetudo.
infatuatio.
stupor mentis cum sudore frontis et manuum gelido et abhorrescentia potus et cibi.
obnubilatio capitis, maxime potu et cibo aucta.
frigiditatis sensus sine frigiditate, in humero **).
frigiditas sine horrore universalis, manus lividae ***).
frigus in dorso, quasi a glacie hinc illinc illata, calore fornacis non delendum.
horror vespertinus in dorso.
manus haec frigida, illa calida, et vice versa †).
stupor manuum alternatim.
narcosis pedum et manuum alternatim, reiterans, volatica.

---

*) Post viginti quatuor horas observatum.
**) Post quatuor horas observatum.
***) Primis horis.
†) Jam primo quadrante horae observatum.

crepitus, fragor junctiurarum.
rigiditas dolorosa articulationum *).
manus frigido sudore madidae, alternatim
haec, illa.
pedum (sudor) mador frigidus.
calor et frigus corporis alternans **).
sudor, mador universalis languidus a minimo corporis motu ***).
ardor in genis, pedibus frigidissimis †).
calor in fronte.
intolerantia frigidi et calidi aëris ††).
ab aëre frigido summe augentur statim symptomata, maxime capitis dolor.
pulsus ejusdem frequentiae, sed minimus, durus.
tremor in dorso.
tremor in omnibus membris.
propensio in terrorem. } †††).
propensio in tremorem. }
convulsiones tremulae capitis.
convulsiones brachiorum cum pollicis in manum intorsione.
sopor.
coma vigilans invincibilis.
angor terribilis insomnii instar somni principium impediens.
evigilatio crebra e somno.
dolor ventriculi constrictorius somnum impediens.

---

*) Post octo horas observatum.
**) Post aliquot horas observatum.
***) Jam prima hora observatum.
†) Quarta hora observatum.
††) Ultra et citra 75 gradus Fahrenheitianos.
†††) Prima et sexta hora observatum.

somnus crebris terroribus et vigiliis interruptus.

(inter somnum decubitus pronus in abdomine.)

respiratio, maxime inspiratio sibilans, stertorosa ad suffocationem usque impedita, longissima cum brevissima, interdum cessante, alternans, cum faciei tumore apoplectico.

pressio in scrobiculo respirationem praecludens *).

constrictio in epigastrio respirationem praecludens.

constrictio tensiva dextri lateris pectoris respirationem coarctans **).

constrictio pectoris maxime in superiori sterni parte respirationem intercipiens ***).

oscitatio vehemens.

oscitatio vehemens, cum fragore in tuba Eustachii versus tympanum.

(dolor in oculis, quasi ab arenulae grano prementé, irritante.)

dolor dilacerans, evulsorius in oculis.

siccitas palpebrarum †).

dolor capitis, cerebrum quasi constringens vinculo.
dolor punctorius in temporibus.
dolor capitis e constringente, ardente, lacerante, fodiente, terebrante compositus.
} ††). 15

*) Circa primam horam observatum.

**) Post semihoram observatum.

***) Quarta hora observatum.

†) Non nisi inter reliquias observavi.

††) Dolores fere omnes capitis ex cocculo magis externi quam interni esse videntur.

(accessus crebri, aliquot minuta durantes, capitis doloris, parvi spatii, in frontis sinistri eminentia -- primo doloris diri pulsatorio lancinantis, dein formicationis versus dextram ossis frontis protuberantiam tendentis, ibique exspirantis).

dolor in maxilla inferiori laceranti diruens.

dentis cariosi elongatio, vacillatio, tumor gingivarum *).

pharyngis paralysis, indeglutitio oesophagea.

pharyngis dolor, cum tumoris in linguae radice, inter deglutitionem dolorosi, sensu.

ardor in velo palatino.

tumor parotidis.

siccitas faucium.

sapor cupreus in ore.

sapor in ore ut ab inedia longa.

fuga esculentorum et potulentorum.

ructus.

a refrigerio vomituritio lenis, salivae affluxum copiosum alliciens.

vomituritiones crebrae **).

dolor pressorius in ventriculo, scrobiculo, hypochondriis aliquot horas post pastum vel noctu in lecto. ††

sensus in ventriculo ut ab inedia longa.

cardialgia vehemens (erodens?)

dolor constrictorius ventriculi.

pressio in abdomine superiore.

vomituritio cum cephalalgia et dolore intestino-

---

*) Post duodecim horas observatum.

**) Post plures horas observatum.

rum, quasi a contritione, contusione, conspirans *).
dolor tractorius (strictorius) in intestinis. } **).
tormina dilacerantia. }
ardor in abdomine.
diarrhoea, sedes molles ***).
egestiones parvae, crebrae ****). 5
urina aquea †).
leucorrhoea.
lancinatus in praeputii apice.
pruritus in scroto.
molimina herniae ††). 10
dolor lancinanti punctorius in testiculo alterutro.
dolores strictorii in testiculis.
sternutatio.
coryza vehemens quatuor dierum.
pituita tenax, caput laryngis obsidens et screa- 15
tum urgens.
irritatio ad tussim in suprema laryngis parte.
calor, rubor faciei cum siti.
sitis frigidorum, maxime cerevisiae †††).
lancinatus in gena externe, in cute et in mus-
culis.
gravitas in nucha, scapulis ††††). 20
subter ultima costa vera dextri lateris dolor immaniter pressorius, inclinatione, tus-

---

*) Semihora prima observatum.
**) Colicales fere omnes dolores ad vertebras lumbares concentrantur.
***) Post semihoram observatum.
****) Post plures horas observatum.
†) Post duas horas cum dimidia observatum.
††) Octava hora observatum.
†††) A minima dosi jam sexta hora observatum.
††††) Post viginti quatuor horas observatum.

si et respiratione auctus, tactu non auctus.
dolor pressorius in media sterni parte, cum angore; postea lancinans in sterno dolor *).
lancinatio in latere dextro **).
lancinatio in latere sinistro ***).
inter motum dolor artuum quasi a confractione.
a tactu musculi artuum dolorifici ****).
strictorius dolor in artubus sinistri lateris.
dolor artuum tam internus quam tactu exasperatus †).
dolores in dorso dilacerantes.
dolores in dorso fodientes.
dolores in dorso strictorii.
dolores in pedibus dilacerantes.
dolores in pedibus fodientes.
dolores in pedibus strictorii.
dolor in digitis manuum dilacerans, fodiens, strictorius.
dolor in digitis pedum exedens ††).
inter quietem lancinatus singuli in humeri musculis et articulatione †††).
sub axilla dextra dolor pulsatorio formicans et ardor inde ad digitos pergens ††††).
lancinatus in genu.

in

*) Tertia hora observatum.
**) Prima hora observatum.
***) Tertia hora observatum.
****) Post nychthemerum observatum.
†) Post nychthemerum observatum.
††) Tertia hora observatum.
†††) Prima hora observatum.
††††) Prima hora observatum.

in suris tensivus dolor inter motum *).
lancinatus in scapulis a dextra ad sinistram.
in brachii radio dolor inter motum et a tactu, quasi a contortione.
dolor in articulatione humeri et cubito et tubo ossis intermedio ex diffringente, lacerante, lancinante compositus, inter quietem intolerabilis cum gravitatis sensu et metu brachium movendi, motu tamen ipso mitigatus **).
pedum tumor vespertinus.
pedum calor, tumor, pruritus indesinens, exedens.
dolor acutus in pedis junctura, inter movendum, quasi a contortione.
pruritus in junctura pedum.
pustulae tuberculosae durae, nullo humore refertae, rubore circumfusae, pruritu per diem totum ardenti dolore, in artubus, in metacarpo et dorso phalangum digitorum.
dolores lacerantes in tumoribus glandularum duris, si qui adsunt, excitat.
dolores lancinantes et calorem in glandularum tumoribus frigidis, si qui adsunt, excitat, certe si tanguntur ***).
symptomata omnia, maxime capitis dolor augentur potu, cibo, somno, loquela.
symptomata maxime aucta a tabaci fumo hausto.

*) Post decem horas observatum.
**) Quinta hora observatum.
***) Prima hora observatum.

symptomata aucta a coffea.

———————*).

animus hilaris, contentus, lepidus; facetiae, sales **).

propensio irresistibilis in cantillationem, delirii instar.

orgasmus partium genitalium, appetentia rei venereae **).

5 (menorrhagia.)

hyperaesthesia ***).

irritabilitas stomachi, haec illa facile in malam partem vertit †).

calor.

sudor.

———————

10 (restagnatio flatuum ††).

constipatio plurium dierum †††).

———————

*) Sequentia octo symptomata inter vires secundi ordinis referenda esse videntur.

**) Aliquando post minimam dosin jam hora sexta observatum.

***) Post horam vigesimam quartam observatum.

†) Post nychthemerum observavi.

††) Inter reliquias vidi.

†††) Inter reliquias vidi.

[OBSERVATA ALIORUM.]

AMATUS LUSITANUS, Cent. 4. curat. 79.

(a quatuor granis in adulto.)

Nausea.
singultus.
animi angustiae, agon *).

JOHN HILL, History of the mat. med. S. 504.

Nausea.
syncope.

RUMPH, Amboin. Tom. V. S. 35.

Haemorrhagiae.

---

*) Haec symptomata illico nata sunt.

COPAIFERA BALSAMUM L. (solutio balsami in spiritu vini.)

Vis

Micturitio continua.
urinae parcum stillicidium.
ardor in urethra inter mingendum.
dolor in urethra pulsatorius extra mictum, orificio urethrae aperto, tumido, inflammato.
dolor in urethrae orificio, quasi a vulnere.
blennorrhagia purulenta.
febris aliquot dies repetens; post matutinum frigus et frigiditatem, calor pomeridianus universalis, cum siti aquae.
diarrhoea excrementorum alborum maxime mane inter frigus cum doloribus ventris disscindentibus, truncum incurvare cogentibus, ante et inter sedes.
diarrhoea involuntaria.
uteri haemorrhagia.
inter motum dolor dorsi pedis, inter frigus febrile.
ante tormina disscindentia dolor strictorius in femoris ossis tubo.

[OBSERVATA ALIORUM.]

Fr. Wilh. Hoppe, in Valentini hist. Simpl. p. 617.

Sanguinem exagitat; febris.
haemorrhagiae.
cephalalgiae.
dolores et ardores ventris.
cordis palpitationes.

---

haemoptysis.
mictus cruentus.

Murray, Apparat. Medicam. IV. p. 61.

(largiori dosi.)

Alvum laxat.

CUPRUM VITRIOLATUM (solutio in aqua.)

Vis *).

Fastidium quadrantem horae durans.
nausea quadrantem horae durans. } **).
pressio in scrobiculo ***).
nausea vomituriens.
vomitus identidem recurrens, violentus.
mane pituitosum maxime os.
sensus in vertice formicans, ut in narcosi obtusus, mistus cum depressionis sensu a vertice deorsum et quodam stupore †).
sensus depressorius in vertice ††).
angor.
sapor dulcis in ore.
hypochondria per respirationem dolore laceranti affecta, tactu maxime dolentia ut a contusione.

*) Quantum temporis duret, nondum experiri mihi licuit, sed diu non durare, mihi verosimile est.
**) Statim post sumtum medicamen oriuntur.
***) Post quadrantem horae observatum.
†) Post quadrantem horae observavi.
††) Hora una exacta observatum.

palpitatio cordis.
vertigo.
haemoptysis.
constrictio pectoris dolorifica.
tussis.
respiratio inter tussim intercepta et fere deleta. *).

dolor pressorius pectoris.
lassitudo.
oculi vacillantes.
palpebrae statim clausae, vibrantes.
sensus omnes evanidi.
respiratio citissima, vagitosa.
jactatio.
pedes frigidi.
singultus.
reminiscentia aliquanto citius rediens, quam potestas palpebras diducendi et loquendi.
tussicula ***) respirationem intercipiens. **).

tussis †) indesinens per semihoram, horam, horas duas durans ††).

*) Ex iis, quae sequuntur, symptomatis conflatus paroxysmus ecstaticus post plures tandem horas oriri, et subinde recurrere solet; unus quisque semihoram, horam durat, spatiis liberis inter quemque plus minus longis intercalatis.

**) Quae sequitur series symptomatum paroxysmus est ecstaseos, qui per tempus aliquod subinde recurrere consuescit.

***) Post reditum reminiscentiae.

†) Primo mane orta a dosibus binis pridie datis.

††) Nec interdiu rediens.

[OBSERVATA ALIORUM.]

Cosmier, Wahrnehm. med. chirurg. Altenb. III. p. 308.

Dolores atroces ventriculi.
convulsiones extremitatum.
ululatus quasi ranarum.
amentia timida aufugere conantis. } *).
oculi prominentes, splendentes.
tormina.
ventriculi debilitas.
dolores intra scapulas, in cubiti flexione, in genu flexione.

Lazerme, de morbis capitis p. 253.

(a denario deglutito.)

Epileptici insultus per intervalla brevia recurrentes.

Pfündel, in Hufeland's Journ. d. pr. Arz. II, p. 274.

(a granis duobus cupri ammoniaci.)

Obtenebratio visus.
anxietas.

---

*) Symptomata per paroxysmos recurrentia improvisos, subitaneos.

mador cutis.
enuresis.
pulsus celerior.
mens exaltata.

(a granis sex.)

vomitus vehemens bilis merae *).
vomituritiones cum torminibus spasmodicis in abdomine.
paroxysmi epileptici **).
paroxysmi asthmatis, pectus angustatum, respiratio difficilis, fere ad suffocationem usque.
post paroxymos epilepticos et asthmaticos, vomituritiones spasmodicae, subsequa intermissione vix semihorae.
caput tumidum.
facies rubra.
pulsus plenus, naturalis tamen velocitatis.
lapsus virium insignis, nec artus movere, nec verbum proferre potest ***).
impos animi †).
constipatio per septem dies.

---

vomituritio.
ardoris sensus in ventriculo.
secessus copiosus urinae foetidae, viscidae, turbidae sine sedimento.
sudor nocturnus validus.

---

*) Post quadrantem horae.
**) Ante primam horam elapsam.
***) Post octavam horam. Per sequens nychthemerum hinc inde reiterantes leves spastici insultus et post singulum quasi mortua jacebat.
†) Postero die.

J. Horstius ap. Schenck, lib. VII. obs. 223.

(a scobina ex campana in adulta.)

Vomitus violentus.
diarrhoea vehemens.
corporis tumor.
capitis dolores immanes.
ventriculi dolores immanes.
vertigines.
punctiones.
phrenitis.
post mentem receptam rosiones et punctorii dolores in ventriculo, quasi acubus transfixus esset.

DIGITALIS PURPUREA, L. (succus foliorum solis calore inspissatus.)

Vis sex ad septem dies durat.

Frigiditas primo digitorum, manuum, pedum, tum volae et plantae, tum totius corporis maxime artuum.

lapsus virium vitalium.

palpitatio cordis.

nisus in laborem *).

moeror lacrymatorius de frustrationibus variis **).

mortis timor.

mania taciturna, reluctans, inobediens; aufugere tentat.

pulsus dimidio tardior plurium dierum.

constrictio dolorifica pectoris suffocatoria maxime inter experrectionem e somno, considere cogens, cum sensu, quasi connatae essent omnes partes pectoris.

dolor in genubus quasi a contusione.

junctura rum dolor acutus.

*) Post semihoram observatum.

**) Post sesquihoram observatum.

languor dormituriens, sopor *).
borborygmi colicales per semihoram.
salivatio.
nausea.
vomitus.
purgatio.
urinae profluvium.
haemoptysis.
ophthalmia chemodes.
inflammatio glandularum meibomianarum.
pulsus durus, parvus, celer.
incontinentia alvi et urinae **).

---

*) Post octo horas observatum.

**) Non nisi inter reliquias observavi, dubius an primi ordinis viribus sit accensendum.

[OBSERVATA ALIORUM.]

H. Boerhaave, Hort. L. B. p. 308.

Exulceratio oris, faucium, oesophagi, ventriculi.

(Baylies) Practical essays on med. subjects. Lond. 1773. p. 39.

Vomitus ingens *).
purgatio vehemens.
exulceratio oris interni, linguae, gingivarum cum salivatione **).

Don. Monro, in Samml. b. A. f. pr. Aerzte, XIII. p. 2.

Inflammatio vesicae colli. 5

Lentin, Beob. einig. Krankh. 1774. p. 167.

Vomitus enormis.
constrictio gulae spasmodica.
singultus.
diarrhoea vehemens.
salivatio. 10
pulsus lentus.

*) Quatuor horarum.
**) Trium dierum.

SCHIEMAN, Diss. de digit. purp. Göttingae, 1786.

Objecta alieno colore visa.
salivatio.

BAKER, medical transact. Vol. III. p. 292.

Pulsus multo lentior, ad dimidium fere.

LETTSOM, Mem. of the medical society, Vol. II. p. 172.

Pulsus multo lentior *).

WARREN, in Samml. br. Abh. f. pr. Aerzte, XI. p. 1.

Nausea quasi moribundi.

WITHERING, in Samml. br. Abh. f. pr. Aerzte XI. p. 1.

Nausea agonizans per vices repetens **).
vomitus longus.
purgatio.
vertigo.
scotomia.
confusio visus, color objectorum vel viridis, vel luteus.
pulsus lentus ***).
sudor frigidus.

---

*) Per 24, immo 48 horas; tum vero tanto celerior, depressus tamen.

**) Quatuor saepe horas durans et vel ante vel post diuresin invalescens.

***) Triginta quinque adeo ictibus in minuto.

spasmi.
syncope.

MURRAY, Appar. Medic, Vol. I. p. 734.

Pruritus in glandulis.
dolor in glandulis.
cephalalgia.
visus obtenebratio.
vertigo.
inflatio faciei.
febris.

DROSERA ROTUNDIFOLIA, L.

(foliorum pulveris tinctura.)

Vis duarum fere dierum esse videtur.

Frigus continuum, calefieri nequit.
inter requiem et calorem justum corporis horripilatio, calefieri nequit nec in lecto.
inter requiem horripilatio, inter motum nulla.
membra omnia torpefacit.
raucedo, raucedo aphona.
caput obnubilatum, grave.
in capite dolor pressorius.
respiratio angusta.
respiratio alta.
lancinatus et pulsatio in scrobiculo.
effluxus salivae aqueae copiosus *).
amari liquoris regurgitatio.
amari et acidi liquoris regurgitatio.
sapor escarum deletus.
tussis.
tussis nocturna.
vomituritio inter tussim.
inter tussim vomitus aquae, pituitae, escarum.
palpebrarum conglutinatio purulenta.

lin-

*) Citius, serius observavi.

linguae apicis exulceratio albida.
sternutatio dolorosa, et tussis, manu pectus fulcire cogens.
pupillae contractae.
haemoptysis.
tormina forficantia, correptoria cum diarrhoea. 5
(tormina disscindentia *).
tormina contortoria.
dolor hinc inde in dorso quasi a contusione.
artus omnes quasi a verberatione dolorosi, vel tactu.
rheuma motu percipiendus intra scapulas ad os 10 sacrum usque.
femorum musculi dolorosi, quasi caro ab ossibus separata esset.
dolor regionis hypochondriacae, tactu exasperandus, tussim reprimens, constrictorius; tunc tussis non possibilis, nisi manus scrobiculo imponatur.
sitis.
calor in capite.
calor et rubor faciei **).
sudor nocturnus. 15
agrypnia.
tumor parvus, rotundus in medio linguae corpore, non dolorosus ***).

---

*) Post tres horas observatum.
**) Post quintam horam observatum.
***) Non nisi inter reliquias observatum.

[OBSERVATA ALIORUM.]

HALLER, vel VICAT, Matiere med. I. p. 313, 314.

Cutem exulcerat.
dentes laedit.

BONFIGLI, apud VICAT, ibid.

Sudores.

NICOLAUS, apud VICAT, ibid.

Diuresis.

HYOSCYAMUS NIGER, L. (herbae succus calore solis inspissatus.)

Vis trium ut plurium dierum.

Caput obnubilatum et obtenebratio ea, quae a nimia corporis debilitate in caput adscendere solet *).

ob angorem et anxietatem agrypnia.

dolor capitis obtusus in fronte, maxime in meningibus cerebri.

dolor capitis in fundo cerebri obtusus.

(dolor lacerans in occipite.)

(dolor capitis punctorius.)

taciturnitas interna.

coma vigilans.

gustus et olfactus deletus.

hallucinatio in visu, candelae unius flamma minor videtur, alterius magna, quamquam candelae sint pares **).

narcosis artuum.

frigidi pedes.

vertigo.

memoria debilis.

*) Maxime mane observatum.

**) Post decem horas observatum.

nausea.
anorexia sapore integro.
vomituritio.
salivatio.
salivae sapor salsus.
sensus mordax in faucibus.
dentium vacillatio et sensus vibrans, tinniens, in iis.
dentium (inter mordendum maxime) dolor, quasi casuri essent.
dentium (in gingivis) dolor lacerans maxime ab aëre frigido.
siccitas narium.
tussicula sicca.
accessus crebri pressionis in scrobiculo, respirationem coarctantis.
pressio in umbilico.
tormina discindentia.
dolor in infimo abdomine disscindens.
spasmi abdominalium musculorum quasi a vivo animante intus tumultuante *).
nisus alvum exonerandi creber.
cacaturitio, sedes naturales.
dolor in pedibus infimis.
dolor tensivus, in femorum medio transversus et quasi nimis curta essent inter adscensionem scalarum.
dolores fixi in lumbis.
(dolor lacerans in dorso.)
faciei calor, rubor.
haemorrhagia narium.

---

*) Post tres horas a vapore excitatum.

zelotypia.
rixae.
furor injurians, laedens. } *).

paralysis vesicae.

febris pomeridiana frigoris plena, dolore stipata, v. c. dorsi.
furunculi frequentes majores.
meticulositas summa. } **). 5

*) Inter secundi ordinis vires videntur referenda.
**) Non nisi inter reliquias vidi.

[OBSERVATA ALIORUM.]

EL. CAMERARIUS, Acta Nat. Cur. Vol. I, obs. 121.

(a radicibus in puero 6 annorum.)

Prosternitur in terram subito.
convulsus alternis quassat pedibus terram.
jactationes corporis enormes.
spasmis artus flectuntur et trunco flexo corpus in altum projicitur.
spuma ante os.
oculi torvi tortique.
facies distorta, livida, lurida, ore hiante.
praecordiorum coarctatio.
respiratio difficilis, ronchis reciprocis.

CHPH. SELIGER, Misc. Nat. Cur. Dec. II. ann. 1. obs. 138.

(a fotu capitis per decoctum Hyoscyami.)

Epilepsia.

G. W. WEDEL, Misc. Nat. Cur. Dec. I. ann. 3. obs. 21.

Coma vigil.
inagnitio adstantium.
faciei rubor.
delirium.

stupiditas.
verba non cohaerentia.
anxietas ingens.

J. B. Helmont, Jus duumvir. §. 22.

Dementia totalis.

J. la Serre, Misc. Nat. Cur. Dec. II. ann. 5. obs. 78.

(in clystere.)

Temulentia.
omnibus sensibus orbatus.
torvus adspectus.
sedet in lecto immobilis, statuae instar.

G. Clauder, Mis. Nat. Cur. Dec. V. ann. 6. obs. 178.

(ab externo usu.)

Tumor.
stupor dolorificus manuum.

J. A. Hünerwolf, Misc. Nat. Cur. Dec. III, ann. 2. obs. 92.

(a radice.)

Stupida obmutuit *).
torvo vultu obvios intuetur.
excoecata et amens passim errat per urbem.
vomitus.
somnus trium dierum.

——— **).
constrictio faucium.

---

*) Foemina.
**) Filius 13 annorum.

caligant oculi.
motus convulsivi.
delirium.
diarrhoea.
somnus immodicus.

——— *).

pectoris angustia.
vertigo.
prostratio humi.
delirium.
oculi inversi.
intra pugnum inprimit pollices.
vomitus.
somnus altus.

——— **).

anxietas.
lipothymia.
riget tota veluti tetano.
desipientia.
vomitus.
somnus duorum dierum.

——— ***).

nausea.
difficilis respiratio.
stupor in verbis et factis obvius.

M. Grünewald, Misc. Nat. Cur. Dec. III. ann. 9, 10. app. p. 179.
(a fumo seminum.)

Contumeliae, rixae, tumultus.
violentia, verbera.

---

*) Puella 8 annorum.
**) Puella 6 annorum.
***) Mater, quae parum gustaverat.

scotomia.
vomitus crebri.
ridiculi gestus, ebriorum more.

---

vertigines *).
sedes crebriores.
absurdae gesticulationes, morionis instar saltantis.
cantilenae amatoriae, profanae.
versificationes.
vagabunda insania per varias terras, nudo corpore, per aestatem pelle vestito.

(a clystere ex foliis H. ibid. p. 181.)

Effutiunt plurima, quae per totam vitam reticuisse prudentia suasisset.

(in sacerdote a foliolo H. per clysterem **).

Ferociae internista facta inepte solemnia, vestitu inconcinno ***).
hallucinatio circa magnitudinem rerum †).

---

temulentia.
vomitus.
altercatio.
illatio manuum violentarum.
gesticulatio.
inepte facta.

---

*) Per quatuordecim dies.
**) Octodecim horas haec mania durabat.
***) Stola sacerdotali supra indusium indutus et tibialibus pellitis amictus templum adire, ibique concionari et mystica tractare intendit, et furibundus aggreditur eos, qui eum retinere conantur.
†) Alaudam pro ansere venditabat.

S. Schulze, Misc. Nat. Cur. Dec. I. ann. 4, 5. obs. 124.

(a radice.)

Jurgia.
verbera, furor *).
gesticulationes histrionum instar.
hallucinatio circa formam et faciem rerum obviarum **).

Arch. Hamilton, in neue edinb. Vers. II. p. 275.

(a seminibus Hyosc. albi.)

Torpor ***).
somnolentia, palpebras aperiendi impotentia.
animus demissus, tristitia.
lassitudo et languor totius corporis.
propensio in somnum incoercibilis †).
faucium immeabilitas insignis et siccitas, ita ut sorbitio theae potus ipsum suffocatura esse videretur.

tormina.
post potum modo convulsiones, modo inagnitio adstantium.
blateratio absurdorum.
querelae de veneficio sibi illato.
oculi aperti, hinc illinc distorti.
pavoris concussiones cum tremore et convulsionibus alternantes.
floccilegium, tentat manu lectum, caput, faciem, nasum.

---

*) Obvios trucidare gestiebat.
**) Alter omnia ex auro confecta putat, alter homines obvios porcos esse credebat.
***) Post semihoram.
†) Quae manu tenet, labi patitur.

pulsus minimus, debilis.
subsultus tendinum.
tactus sensus abolitus; vellicationem non aegre ferebat.
excretio alvi suppressa.
indeglutitio; liquores ori ingestos statim ex-spuebat bis.
agrypnia nocturna convulsionibus et concussionibus quasi a terrore, intermista.
captat temere circumcirca.
pulsus fortior *).
mens redux, oculis tamen torpidis et cerebro obtenebrato **).
pulsus celer, plenus, fortis.
querelae de gravitate et dolore insigni capitis.
sudor copiosus.
somnus.

C. M. Blom, kon. vetensk. acad. handl. 1774, p. 52.
(a duabus radicibus comestis in adulto.)

Ardor ventriculi.
sitis intolerabilis.
pervigilia.
vertigo.
insania.
visus imminutio.
macularum et vesicularum gangraenosarum copiosa eruptio maxime in artubus inferioribus ***).
diarrhoea.

---

*) Post quatuordecim circiter horas.
**) Post viginti sex circiter horas.
***) Post nychthemerum.

NAVIER, Recueil period. d'obs. de med. Tom. IV.

Narcosis extremitatum.
debilitas.
vertigo.
syncopae iterata.
chemosis.

PLANCHON, Journ. de Medecine Tom. XIX. p. 42.

(a semine.)

Vertigines.
cephalalgia continua, atrox.
agrypnia diuturna.
insomnia terrifica.
phantasmata millia animo obversantia.
motus convulsivi leves extremitatum, modo superiorum, modo inferiorum.
anorexia.
languor.
oculi convulsionibus agitati, prominentes *).
collum sinistrorsum incurvatum.
epileptici parvi insultus intermisti apoplecticis accessibus.
sudores magni.

COSTA, Journ. de Medic. Tom. XXX. febr.

Ardor per totum corpus internum **).
caput grave, obnubilatum.

---

*) Post quatuor heptomadas.
**) Statim initio.

facies livida *).
venae inflatae totius corporis.
oculi rubri, splendentes.
saltatio.
furor incoercibilis.
floccilegium cum mussitatione. } **).
apoplexia stertorosa.
convulsiones.
pulsus parvus, citus, intermittens.
lingua sicca, munda.
hypogastrium inflatum, tactu dolorosum.
suppressio urinae.
pruritus, scalpere ad sanguinolentiam usque cogens.
horror potulentorum.
circulatio sanguinis aucta ***).
sudor universalis, maxime femorum et crurum †).
eruptio cutanea ††) a zona ad genu usque pustularum magnarum coacervatarum (variolarum confluentium instar) nullo humore repletarum post quatuor dies squamis deciduarum.
myopia quatuor dierum.

KIERNANDER, Utkast til medicinal Lagfar. 1776. p. 267.

(a radice in duobus adultis.)

Sopor diuturnus.

---

*) Post duas horas.
**) Paroxysmi invicem alternantes.
***) Per duodecim horas.
†) Post nychtherum, per duos dies durans.
††) Post 72 horas.

fatuitas, vesania.
mussitatio, blateratio in semet versa.

---

furor atrox, obvios cultro adgreditur.

GARDANE, Gazette de santé 1773, 1774. p. 294.

(a vapore herbae.)

Vomitus.
haemorrhagia narium.
obnubilatio, stupor.
cephalalgia plurium horarum.

HAMBERGER, Diss. de opio §. 18.

(in puero a radice Hyosc. comesta.)

Inquietudo.
masticatio impedita. } *).
indeglutitio.
molestia in faucibus; digitis monstrat, ac si quid in ore haereret.
potum desiderat, nec tamen deglutire valet.
dormituritio **).
ex somno sponte excitatur cum clamore.
standi, sedendi impotentia.
natium et pedum rubor.
ardor externus totius corporis sine rubore.
cutis totius corporis inflammata, rubicunda cinnabarini coloris ***).
inter clamorem, et ardorem constantem, respiratio vehemens (gravis) et manuum violenta agitatio †).

---

*) Post sesquihoram.
**) Post duas horas.
***) Brevi post solum ardorem.
†) Hic status ad octavam usque horam durabat.

tranquillus decubitus *).
facies pallida, frigida.

H. Sloane, philos. transact. No. 457.
(a seminibus in infantibus.)

Sitis indelebilis.
vertigo.
scotomia.
furor.
somnus longus, profundus **).

J. Stedman, philos. transact. Vol. XLVII. p. 194.
(ab herba in decocto, in septem hominibus.)

Vertigo ingens.
ebrietas.
stupor.
vacillatio.
amentia ***).
inagnitio necessariorum.
blateratio inconcinna.
delirium quasi synochi.
pulsus debilis, abnormis.
salivatio.
mutatio coloris faciei crebra.
oculi splendidi.
captabant obvia, casura enim fore clamantes.
imbecillitas pedum.
sudor magnus.
enuresis.

*) Per duas horas cum semisse durabat, morte subsequente.
**) Duorum nychthemerorum.
***) Post tres horas.

inquietudo summa.
mania; vix contineri potest.
ventriculi imbecillitas.
pressio in ventriculo.
tormina.
lancinatus in pectoris latere.
cephalalgia.

---

rigescentia manuum.
tumor manuum.

A. Stoerck, lib. de Stram. Hyos. acon. Vien. 1762. p. 36, 39, 47, 55.

Frigus et horror per totum corpus *).
anxietates.
mador subfrigidus.
visus debilitas.
animi deliquii accessus.

---

dolor colicus.

---

diarrhoea pituitosa, debilitans.

---

alvus tardior.

Targ. Toppetti, relaz. di alcuni viaggi Vol. VI. p. 279.

Impotentia deglutiendi.
aphonia.
amentia.

---

*) Circa semihoram.

GREDING, in LUDWIGII advers. med. pract. Vol. I. P. 1. p. 113-116.

(a granis extracti per diem tribus ad octodecim.)

Sudor copiosus.

somnus placidus, profundus.

animi serenitas, corporis vigor.

capitis obnubilatio.
capitis gravitas.
cephalalgia.
vertigo.
sensuum internorum torpor.

exanthemata fusca, serpiginosa, pustulosa in mento et gena.

furunculi.

tumor parotidis sinistrae.

urinae copiosum profluvium.
alvi dejectiones crebrae.
nausea *).
vomitus.
ventris tormina.
borborygmi.

alvus adstrictior per breve tempus **).

menstrua.

menstruum irregulare.

*) Raro. **) Raro.

ptyalismus.
muci narium copiosior excretio. } *).

---

dolores rheumatici.
tussis sicca convulsiva.
tussis phthisica.
singultus.

---

languor totius corporis.

J. G. GMELIN, Reise d. Sibirien. Gött. 1752. Vol. III. pag. 84, 85.
(ab hyoscyamo physalode.)

Ebrietas.
hallucinatio circa magnitudinem rerum **).
terribilis phantasia de morte praesentanea.

MATTHIOLUS, comment. in Diosc. lib. VI. p. 1064.

Capitis gravitas.
venarum distentio.
mentis alienatio cum quadam verborum altercatione.
mania quasi a cacodaemone obsessi.

BARRERE, observ. d'anatomie 1753.

Hydrophobia.
ventriculi inflammatio.
hydrops pertinax.

---

*) Raro.

**) Culmum paleae pro trabe et guttulam pro oceano habentis.

WEPFER, hist. cicutae aquat. Bas. 1716. p. 230.

(a radice in acetario.)

Vertigo.
ardor, siccitas linguae, labiorum, corii adusti instar.
fauces horridae.
tormina.
dolores in artubus.
lapsus virium insignis *).
amentia.
delirium, hallucinatio nuces diffringere opinantis, quarum nucleos avibus projiceret, et manibus abigentis veluti pavones.
mussitatio ineptorum.
hallucinatio fornacem amplectentis loco arboris scandendae.
clamores de torminibus quasi ilea rumpantur, pugnis in latera innixis.
impotentia palpebras aperiendi.
scotomia.
inter legendum, verborum et phrasium inconcinna admistio.
visus depravatus literas, formicarum discurrentium instar, animatas opinantis.
hallucinatio amblyopica acum loco incongruo figentis.
presbyopia chronica.

HALLER, in VICAT Matiere med. I. p. 184.

(a seminibus.)

Amentia.
hemiplegia.

*) Post quatuor circiter horas.

VICAT, mat. med. I. p. 185.
(a pulvere seminum naribus attracto.)

Vertigines.
capitis gravitas.

J. JASKIEWITZ, Diss. pharmaca regni veget. Vindob. 1775. p. 53.
(a seminibus in puella,)

Convulsiones *).

(in adulto **).

visus obtenebratio.
memoriae lapsus.

spasmi.
aphonia.

van EEMS, in praelect. Boerhaavii dem. n. ad Tom. I. p. 236.
(a vapore succi ***).

Sensuum amissionis periculum.

de RUEF, Nov. Act. Nat. Cur. Tom. IV. obs. 59.
(a fumo seminum.)

Virilis impotentia †).

J. FABER, ap. SCHENCK, lib. VII. obs. 152.
(a viginti quinque seminibus in viro.)

Mentis alienatio summa.

*) Quinque dies durantes.
**) In ipso Van SWIETEN.
***) In ipso BOERHAAVIO.
†) Per duos menses.

inagnitio parentum.
lipothymia mortui instar.

WENDT, in HUFELAND'S Journ. d. pr. Arz. V. p. 390.

Objectorum color rutilus visus. } *).
oblivio omnium. }

---

punctiones ex digitorum apicibus et omnibus corporis partibus micantes **).

---

stupor mentis totalis ***).

BERNIGAU, in HUFEL. Journ. d. pr. Arz. V. p. 905.

Myopia vix trium passuum.
scotomia, quasi velamen ante oculos.
facies rubra tumida.
vox impedita.
delirium.
fauces siccae.
fauces constrictae, deglutitio impedita.
debilitas, vix pedibus insistere potest.
vertigo, labi continuo visus †).

---

*) Per 36 horas.
**) Post pauca minuta.
***) Per 12 horas.
†) Symptomata 36 horas durabant.

IGNATIA AMARA L. (seminis pulveris tinctura.)

Vis octo ad viginti usque horas durat.

Frigus maxime in pedibus.
frigiditas pedum et tibiarum supra genu usque.
frigiditas et frigescentia (sive horror quasi ex metu frigoris) pupillis parum dilatabilibus.
formicatio in pedibus.
formicatio narcotica in artubus *).
pupillas initio contrahit.
vertiginis species, sensus titubationis hinc inde.
angor brevis durationis **).
fuga laboris, motus.
fuga loquelae, taciturnitas. } ***).
angor summus vocem impedit.
submissa vox, impotentia clara voce loquendi.
immobilitas quasi paralytica artuum inferiorum cum vulsionibus singulis.
pedum infirmitas.
lassitudo brachiorum, pedum.

*) Aliquando quarta hora observatum.
**) Post quadrantem horae observatum.
***) A prima ad quartam usque horam observatum.

debilitas ad geniculationem usque.
vacillatio, casus, ad minimum offendiculum inpingit et prolabitur.
coma; piget, oculos ad videndum, os ad loquendum aperire, cum respiratione leni et lenta.
capitis sensus quasi a vacuo.
caput grave *).
caput propendulum.
caput mensa suffultum.
gravitas capitis, quasi sanguine nimis turgeret (qualis vulgo fit per pronationem altam capitis) cum dolore lacerante in occipite, qui mitior fit inter decubitum in dorso, exasperatus erectione trunci, maxime vero pacatus alta pronatione capitis inter sessum.
pressorius dolor in fronte supra nasi radicem, caput deprimere cogens, tumque vomituritio **).
caput sanguine quasi turgidum, narium interarum sensibilitas erga aerem ut in epistaxi instante usu venit.
capitis dolor pulsatorius.
capitis dolor tempora quasi distendens.
pressio in temporibus, interdum cum somno profundo.
capitis dolor pulsu arteriarum auctus.
capitis dolor loquela auctus.
manuum calor cum horrore corporis et anxietate ploratum gignente.

*) Etiam quarta et sexta hora observatum.
**) Hora quinta vidi, sed tamen ad primi ordinis vires referendum videtur, forsan secundi vel tertii paroxysmi initium.

calor ardens pedum.
ardor in ulcere.
querelae immodicae ejulatoriae ob minima *).
timiditas, diffidentia sui, omnia perdita putantis.
angor, quasi crimen commisisset.
punctus innumeri (maxime in lecto) quasi a pulicum ictibus.
pruritus in scroto quasi a pulicibus innumerabilibus.
lancinatio in cordis regione in exspiratione **).
lancinatus, postea punctus in scrobiculo ***).
punctus in latere sinistro ****).
punctus in gena.
punctus in ventriculo †).
punctus in nucha.
lancinatio in labiis, maxime dum moventur ††).
labia fissa, sanguiflua.
lancinatio in velo palatino ad aurem internam usque †††).
pressorius dolor sinistri pectoris, et hoc evanido:
punctorius dolor dextri pectoris ††††).
cum angustia pectoris, pressio in scrobiculo, inspiratione aucta et in lancinationem in scrobiculo cito transiens (1).

---

*) Hora prima observatum.
**) Statim post haustam Ignatiam observavi.
***) Circa quadrantem horae observatum.
****) Post semihoram, sed et post tertiam horam observatum.
†) Hora una exacta observatum.
††) Post quadrantem horae observatum.
†††) Post sesquihoram observatum.
††††) Circa horam primam observatum.
(1) Secunda hora observatum.

pressio in collo.
pressio in scrobiculo.
constrictorius dolor, torminum instar, a latere utroque, sub costis ultimis *).
pressorius dolor in utraque parte epigastrii, seu hypochondriorum.
constrictorio pressorius dolor in utero, dolorum ad partum instar, immanis, subsequente blennorrhagia purulenta, erodente.
pressorius dolor in glandulis submaxillaribus.
spasmus tonicus membrorum omnium, quasi a rigiditate.
rigiditas genu et lumborum, inter motum dolorifica.
tensionis sensus in crùribus supra genu usque, cum *gravitate crurum.*
rigiditas nuchae.
tormina (infra umbilicum) punctoria **).
tormina forficantia (post punctoria) in altero utro latere abdominis ***).
tormina forficantia †).
tormina forficantia in ipsa umbilici regione vomitum procreantia, dolore postea in pectoris sinistri latus migrante forficanti punctoria.
dolor punctorio lacerans in nucha ††).

---

*) Post quadrantem horae observatum.
**) A prima ad secundam horam observatum.
***) Post secundam et circa decimam horam observavi.
†) Aliquando circa primam horam observavi, et tamen plura suadent, ut inter secundi ordinis vires ponere malim.
††) Circa secundam et dimidiam horam observavi.

dolor lacerans in larynge, deglutitione, respiratione et tussi auctus *).
dolor strictorius in glandulis submaxillaribus **).
dolor strictorius a glandulis maxillaribus in maxillas tendens, tum glandularum istarum tumor ***).
in gula quasi ab epistomio sensus, extra deglutitionem percipiendus.
tumor dolorosus ostii ductuum salivalium †).
salivae sputum crebrum.
vomituritio inanis.
anorexia ††).
signa digestionis impeditae, debilis.
regurgitatio ingestorum.
sapor in ore ut a corruptione ventriculi contentorum.
sapor ingestorum, maxime cerevisiae amarus, vel putridus.
regurgitatio amari liquoris.
post cibum captum distentionis abdominis sensus.
post pastum distentio abdominis cum siccitate et amarore faucium, sine siti et genae unius rubore, vesperi.
sapor antea amarus in acidum mutatur †††) cum ructibus acidis.

---

*) Circa sesquihoram observatum.
**) Circa quartam horam observatum.
***) Aliquanto serius observatum.
†) Circa quartam horam observatum.
††) A prima ad septimam usque horam continuatam vidi.
†††) Circa decimam horam in acidum mutatum vidi amarum saporem et tamen utri prioritas competat, nondum satis mihi liquet.

ructus acidi.
sapor acidus salivae in ore. } *).
acidorum anorexia.
ardor in lingua **).
ardor ventriculi ***).
(sensus in ventriculo ut ab inedia longa quasi a vacuo, cum sapore fatuo, et lassitudine omnium membrorum.)
tenesmus (sive impetus ad alvi exonerationem) in recto, non in ano ****).
(lacerans in abdomine dolor.)
borborygmi.
lacerans in digitis dolor et in carpi malleolo.
in manuum malleolo dolor lacerans mane post experrectionem e somno.
strictorius dolor in brachiis.
pulsatio in osse sacro †).
pulsatio in pectore dextro ††).
palpitatio cordis.
tremor plurium horarum.
vulsio membrorum spasmodica uno ictu.
vulsio artuum uno ictu, incipiente somno †††).
concussiones terrificae inter somnum capiendum ob phantasias monstrosas ††††), vel post experrectionem aliquamdiu vigentes.

---

*) Circa primam horam observatum.
**) Statim post potam Ignatiam.
***) Aliquando circa sextam horam observatum.
****) Post sesquihoram observatum.
†) Circa septimam horam observavi.
††) Sesquihora observavi.
†††) Circa tertiam horam observavi.
††††) More: humano capiti cervicem jungere equinam, si velis. —

somnus profundus *).
delirium querulans de strepitu nimio **).
intolerantia strepitus cum faciliori dilatabilitate pupillarum ***).
pupillae dilatabiliores ****) et magis dilatatae.
taedium et stomachus brevis.
morositas summa, opprobrians, vituperans.
inconstantia, impatientia, haesitatio (indeterminatio), rixae. *mutabilitas mira animi, in jocum jam, jam in fletum proni.* †).
capitis dolor pronatione auctus ††).
dolor capitis supra orbitam dextram ad nasi radicem pressorius et aliquantum strictorius, pronatione alta emergens †††).
calor in capite.
calor internus ad caput adscendens, sine siti.
faciei rubor vespertinus cum horrore.
febris pomeridiana, horripilatio cum torminibus, tum debilitas et somnus cum calore corporis ardente.

---

*) Tertia circiter hora observatum.
**) Secunda hora observatum.
***) Sexta circiter hora observatum.
****) Etiam quarta circiter hora visum.
†) Hi animi affectus intercapedine trium vel quatuor horarum reiterare solent.
††) Hunc quamvis hora jam prima exacta observaverim, nihil tamen obstat, quo minus secundi ordinis viribus accenseam, superius dictum autem capitis dolorem pronatione pacatum viribus primi ordinis, cum constet, Ignatiam operationis suae curriculum paroxysmis pluribus, ambos virium ordines complectentibus, et intervallo aliquot horarum repetentibus, absolvere.
†††) Decima sexta hora observatum.

sensus quasi a sudore erupturo (caloris volatici anxii sensus) *).
caloris externi intolerabilis sensus; tum respiratio cita.
inter somnum inspiratio stertorosa.
respiratio omnis generis inter somnum alternans, brevis, lenta, gravis, lenis, evanida, stertorosa.
somnus tam levis, ut quaevis exaudiantur, v. c. campanarum procul distantium sonitus.
gena et auricula alterutra rubore suffusae, ardentes.
calor, ardor in nucha, vel colli alterutra parte.
caloris insultus subitanei per totum corpus volatiles.
calor externus auctus.
calor et rubor externus, sine calore interno.
ardor pruriens (ut a pernionibus) in calcaneo et caeteris pedum partibus **).
titillatio narium.
excoriatio narium.
catarrhus, gravedo.
tussis cava, sicca inter expergiscendum e somno.
fauces quasi excoriatae, anginae species ***).
dolor in faucibus quasi ab excoriatura, deglutitione tantum percipiendus.
asperitas linguae apicis, quasi a vulnere.
constrictio pectoris et respirationis †).

---

*) Post sesquihoram observatum.
**) Circa octavam horam observatum.
***) Post semihoram observatum.
†) Quinta circiter hora observatum.

inspiratio pondere quasi oppressa, exspiratione expedita.
pectoris oppletio.
expectoratio difficilis.
sudor universalis.
pupillae et dilatabilitas expedita et contractilitas.
diuresis aquosa.
sedes mucosae.
oscitatio crebra, interrupta *).
lucis intolerabilitas **).
memoria labilis ***).
vacillatio dentium, odontalgia.
formicatio in ossibus pedum, non narcotica †).
dolor capitis quasi a contusione ††).
dolor in vicinio scrobiculi, tactu tandem percipiendus, ut a vulnere interno.
dolor simplex, tactu tantum excitandus, vehemens, parvo spatio circumscriptus v. c. in costis etc.
dolor in articulatione humeri inter brachii retroversionem, quasi a nimio labore, sive a contusione.
symptomata aucta a coffeae potu et tabaci fumo.
dolor in articulatione humeri, femoris, genuum quasi a contortione seu luxatione †††).

---

*) Intra octavam horam et decimam observatum.
**) Decima hora observatum.
***) Ante octavam horam vel decimam observatum.
†) Post decimam horam observatum.
††) Hora octava observatum.
†††) Octava hora observatum.

dolor in humeri junctura, quasi contorta vel luxata esset *).
dolor in nucha, quando collum movetur, lacerans, quasi a distortione **).
in malleolo manus sinistrae sensus paralyzans et dolor quasi a distortione.
tinnitus aurium.
agrypnia.
pupillae magis dilatabiles quam contractiles. } 5
leucorrhoea chronica. } ***).

*) Decima hora observatum.

**) Duodecima hora observatum. Isti quasi a luxatione dolores an vere secundi ordinis virium sint, non ausim pronuntiare.

***) Ambo inter reliquias observavi.

[OBSERVATA ALIORUM.]

Bergius, mat. med. S. 150.

Menstruatio *).
vertigo.
tremor totius corporis.
motus convulsivi.
sudores frigidi.
animi deliquium.

Camelli, philos. trans. Vol. XXI. No. 250.

Spasmi.
convulsiones.
risus involuntarius.
angustia pectoris.
vertigo.
sudores frigidi.

Valentinus, hist. simpl. reform. S. 198.

Borborygmi.

J. C.

*) A nimia dosi, scrupulo.

J. C. Crimm, Eph. Nat. Cur. obs. 72.

(a drachma.)

Ebrietas *).
insensibilitas totius corporis.
anxietas.
agitatio continua.
attonitus quasi incedit.
sudor largior.

*) Post primam horam.

IPECACUANHA (radicis pulvis et pulveris tinctura.)

Vis ultra 16 horas durare non videtur.
Horripilatio cum oscitatione *).
frigoris hyperaesthesia.
horripilatio cum ructibus.
frigiditas.
palpitatio cordis.
palpitatio cordis fere sine angore.
(vertigo inter eundum.)
inquietudo in abdomine**).
sensus vacui et atoniae in ventriculo.
sapor in ore fatuus.
adipsia.
in ima linguae parte et in velo palati is sensus, salivam concitans, qui ab esu marchantiae, seu potius artemisiae dracunculi nasci solet.
nimia et fere dolorosa sensibilitas oris interni partium.
mordacitas in labiis.

*) Intra horam primam observatum.
**) Semihora observatum.

mordacitas in linguae margine.
salivae affluxus copiosus per aliquot horas.
vomituritio, vomitus.
punctio in gula *).
dolor inter deglutitionem, quasi a tumore in pharynge **); anginae species.
sensus in pharynge quasi a siccitate nimia vel aspritudine ea, quae a deglubitione oritur; salivae vel potus ordinarii deglutitione ad breve tempus minuitur et fugatur ***); anginae species.
somnolentia †).
somnus turbulentus, ejulatorius.
idearum series lente progrediens.
ineptitudo ad quaevis impingens.
achaeria.
fastidium omnium.
morositas taciturna, contemtrix.
morositas omnia vilipendentis et optantis, ut et alii omnia flocci faciant.
morositas infelicem se putantis.
impatientia summa.
aegritudo ob labores et negotia animis lente succedentia.
stomachatio ob strepitum minimum.
propensio in indignationem et stomachationem summa.
(lancinantes hinc inde dolores, motu excitati et in ardentes dolores terminati.)

*) Intra semihoram, et circa horam primam pluries observatum.
**) Hora prima observatum.
***) Hora ut plurimum prima observatum.
†) Ante horam primam exactam observatum.

lancinatio in hypochondrio sinistro *).
lancinatio in ano.
punctorius dolor in fronte, tactu exasperandus, excitandus.
dolor osteocopus omnium ossium (junctiurarum) quasi a contusione.
dolor articulationum, qualis in artuum narcosi juncturis usu venit. **).
tensionis et expansionis summae abdominis sensus.
colica flatulenta.
tormina forficantia in utroque hypochondrio, epigastrio ***).
tormina disscindentia circa umbilicum una cum horrore.
lacerans dolor in abdomine supra umbilicum.
lacerans dolor in fronte, tactu exasperandus, excitandus.
forficantes dolores in pede dextro.
forficantes dolores in brachio dextro. †).
(forficantes (vulsorio lacerantes?) dolores, volatici in pectore sinistro sub axilla.)
asthma.
angustia pectoris aliquot horarum ††).
cephalalgia quasi a contusione cerebri et cranii, per omnia capitis ossa ad linguae radicem usque pertingens, nauseabunda.

---

*) Semihora observatum.
**) Tertia circiter hora observatum.
***) Tertia hora observatum.
†) Intra tertiam et quartam horam observatum.
††) Circa quartam horam oriri observavi.

(cephalalgia pressoria.)
(cephalalgia tensiva.)
urina rubra, pauca.
(calor internus cum frigiditate externa.)
stridulatio bronchiorum in respiratione.
tussis ex sensu constrictorio titillante in superiori laryngis parte ad imam bronchiorum sedem tendente, nascens *).
tussis suffocatoria.
fragor junctiurarum.
dolor genu quasi in ligamentis defatigatione confectis.
pupillae dilatabiliores.
(sedes porraceo virides.)
(sedes citrinae.)
siccitas palpebrarum cum somnolentia **).
capitis dolor volatice punctorius, lancinans, post horam in pressorium transiens ***).
animus desideriis et votis ignotis agitatus, scrupulosus, curiosus, plenus sollicitudine †).
pupillae maxime dilatabiles ††).
siccitas palpebrarum cum somnolentia †††).
lassitudo crurum et artuum inferiorum ††††).

---

*) Circa quartam, sextam et septimam horam observatum.
**) Hora octava observatum.
***) Hora circiter octava observatum.
†) Intra sextam et octavam horam observatum.
††) Octava hora observatum.
†††) Octava hora observatum.
††††) Intra octavam et decimam horam observatum.

(dolor dentium evulsorius per intervalla *).
sensus contorquens, strictorius in testiculis **).
calor externus sine calore interno ***).

---

*) Intra octavam et decimam horam observatum. An justa observatio?

**) Hora circiter octava vel decima observatum.

***) Inter reliquias observavi.

[OBSERVATA ALIORUM.]

SCOTT, med. and phil. Comment. Vol. IV, p. 75.

(a pulveris vapore.)

Asthma convulsivum *).

MURRAY, med. pract. Biblioth. Tom. III, p. 237.

Asthma.
epistaxis.
haemoptysis.

GEOFFROY, traité de la mat. med. II, p. 157.

(a pulvere volitante.)

Oculorum inflammatio.
haemorrhagia narium.
angina.
respirandi difficultas.
haemoptysis.

*) In foeminis duabus observatum.

MURRAY, Appar. medicam. I. p. 806.

Emesis *).
purgatio.

HILARY et CLEGHORN, apud. eund. ibid. p. 813.

Sudor, saepe noctu sequenti.

CLARCK, apud eund. ib. p. 814.

Nausea molesta.

---

*) Post quadrantem horae vel semihoram.

LEDUM PALUSTRE L. *). (foliorum pulveris tinctura.)

Vis ad sex dies extendi videtur.

Frigiditas universalis et frigus.
frigiditas corporis matutina sine frigore.
frigus quasi ab aqua frigida corpori hinc inde affusa.
horror et frigus 48 horarum cum cute anserina sine frigiditate externa.
ebrietas, temulentia, vappiditas capitis.
dilatatio pupillae maxima.
agrypnia cum inquietudine et jactatione.
cephalaea quasi ab ictu.
cephalaea saeviens ferox.
cephalaea stuporifica.
lipothymia.
constrictio pectoris asthmatica, motu, itione exasperata.
respiratio angusta, dolorosa.
inspiratio convulsiva, dicrota.
dolor in sterno.
angina punctoria.
asthma bronchiale.

*) Ledi effecta plura coram observare mihi non licuit, inde dubium tempus symptomatum et ordo eorum dubius.

in bronchiis formicatio, tum respiratio cita, angusta.
aspritudo rauca in bronchiis.
tussis mere nocturna, matutina cum expectoratione purulenta.
in pectore dolor quasi a vivo animali intus tumultuante inter respirationem.
susurrus in auribus quasi a campanis vel vento procelloso.
lippitudo (sine albugineae inflammatione) lacrymis mordaci dolore palpebram inferiorem et genam erodentibus.
palpebrae purulentae, sine dolore.
palpebrae purulentae sine tumore, vel inflammatione.
fragor genuum.
narcosis artuum.
morositas.
appetitus prostratus.
salivae aqueae effluxus ex ore cum colica.
pruritus cutaneus.
pruritus articulorum malleoli, pedum, lumbi.
miliares prurientes in carpo.
pruritus in pectore ut a pediculis, cum maculis rubris, pustulis miliaribus et tuberculis in fronte ut in bibonibus.
maculae lividae, petechiarum instar.
furunculi in fronte.
pruritus punctorius, volaticus supra totum corpus in cute.
dolor lancinans, punctorius in manu.
dolor lancinans in malleolo pedis.
humerus sublatione brachii maxime dolorificus, dolore lancinante.
dolor in metatarso pedis quasi a luxatione.

diuresis.

——————— *).

tormina strictoria.
tormina quasi a dysenteria.
tormina quasi ab intestinis contritis et debilitate, ea, quae post purgantia remanet **).
tormina quasi a diarrhoea nascitura ab umbilico ad anum usque, anorexia sapore integro, pedibus frigidis.
tormina (disscindentia?) cum haemorrhagia ex ano.
(in latere sinistro abdominis sensus quasi a tumore pressorio ex ventriculo cibis onusto.)
dorsi et scapularum rigiditas dolorosa inter motum.
dolores volatici lacerantes rheumatici, maxime per motum.
surae dolor tensivus post sessum inter eundum.
genuum tumor et dolor tensivus et lancinans inter eundum.
genu rigiditas.
dolor tensivus genuum et calcis post sessum inter eundum.
rigiditas crurum matutina, dolorosa.
dolorosa lumborum et dorsi rigiditas post sessum.
lumbago post sessum.
dolores osteocopi, gravativi, stuporifici artuum ***).

---

*) Sequentes vires secundi ordinis esse videntur; nec tamen certo contendam.
**) Sexta hora observatum.
***) Vigesima circiter hora observatum.

dolor lacerans in brachiis *).
dolor lancinanti lacerans in articulationibus.
artus et totum corpus tactu dolorifica, quasi contusa essent.
dolor in osse sacro lacerans ad occiput, hemicranium sinistrum et maxillam sinistram usque pertingens, maxime vesperi; tum genae tumidae ardentes et oculi rubri inflammati.
plantae incessu dolorosae quasi ab apostemate vel sugillatione.
pila pollicis mollis, tumida, incessu dolorosa.
tophi et nodi in articulationibus dolentes, duri.
intolerabilitas lecti caloris.
stragulorum intolerantia ob calorem inde natum.
sudor cum stragulorum intolerantia.
calor pedum et manuum vesperi.
sudor plantarum et volarum diutinus, calidus.
tumor pedum pertinax.
calor universalis sine siti.
haemoptysis valida cum tussi vehementi.
haemoptysis sanguinis dilute rubri, cum tussi vehementi.
dolor lacerans in capite et oculo, conjunctiva et albuginea chemotica, summe inflammata, tumida, dolor lacerans in oculis, decubitu exasperatus, sessu levatus, oculis mane pure congluti-

*) Jam tertia hora observatum; an ob latentem morbi jam praesentis labem tam cito natum sit symptoma, ambigo.

natis, sero effluo foetente (palpebris integris) siti aquae nocturna, horripilatione vespertina, calore subsequo, borborygmis, appetitu integro, capitis interno magis quam externo calore, sudore dorsi et capillitii *).

(anima foetida.)

---

*) Post vigesimam quartam horam observatum.

[OBSERVATA ALIORUM.]

LINNEUS, flor. lappon. p. 121.

Temulentia effraena.
cephalalgia dira.

PALLAS, flor. ross. Tom. I. P. 2. p. 94.

Cephalaea.
nauseae.
5 dementia.

HELLEBORUS NIGER *), L. (pulveris radicis tinctura.)

Vis duarum fere dierum esse solet.
Angor summus.
frigiditas, maxime mane.
frigus in abdomine.
asthenia subitanea omnium musculorum; collabitur extemplo in terram frigidus, madore frontis frigido, voce haerente, pulsu quam lentissimo, pupilla contractissima (ratione superstite?) **). —
lassitudo femorum.
pulsus lentus ***).
nostalgia †).
desperatio vitae.
(indeterminatio.)
(inconcinnus vestitus.)
tussicula.
cephalalgia a nucha ad verticem confluens.

*) Planta a me ipso collecta.
**) Post horam observatum. Syncopes aliqua, sed non vulgaris, videtur esse species.
***) Hora prima, et decima sexta observavi.
†) Semel sed indubie observavi. Nostalgia species, angor summus genus esse videtur.

dolor capitis penetrans, (inter erectionem trunci ardor in cerebro.)
rigiditas nuchae rheumatica.
sensus in parte tumida quasi ab expansione et onere.
(dolores lancinanti fodientes in integumentis ossium.)
leucophlegmatia subitanea.
parvi tumores in cute frontis, dolorifici quasi ab ictu.
dolor constrictorius in osse sacro.
dolor glandularum colli.
salivatio.
rugitus ventris.
tormina.
vicissitudines crebrae volaticae caloris universalis sicci tum et horroris et frigiditatis, torminibus latenter forficantibus subsequis.
sedes pituitae merae, tenacis, albae.
vomituritio *).
menstruatio **).
pupilla dilatata.
pulsus minimus.
respiratio cita.
calor, sudor ***).
dolores lancinanti fodientes tam ab aura frigida, quam a labore, a pastu, et a potu exacerbati †).

*) Aliquando quadragesima hora observavi.
**) Post octavam horam observatum.
***) Hora trigesima sexta observavi.
†) Inter reliquias tantum observatum.

[OBSERVATA ALIORUM.]

GREW, anatomy of plants, pag. 280.

Stupor linguae.

SCOPOLI, flor. carn. p. 557.

Torpor artuum et insueta rigiditas.

BACHER, in Samml. f. pr. Aerzte I. p. 3.

Tumor non ingratus in lingua.

BÜCHNER, Diss. de salut. et nox. Elleb. nigri usu. p. 22.

Tormina.
anxietas.
sitis.
singultus.
animi deliquia.
sudores frigidi.
faucium strangulatio.

convulsiones, spasmi.

SCHULZIUS, Mat. med. p. 152.

Molesta cephalalgia.
constrictio narium quasi praefocatoria.
stimulus ad haemorrhoides.
febris.

HILDANUS, Op. med. chir. Cent. 4. obs. 12.

Convulsiones.
sternutatio.

TOURNEFORT, Voyage du Levant. Tom. II. p. 189 —

Spasmi.
motus convulsivi.

BISSET, essay on the med. const. of Great Britain p. 333 —
(ab helleboro foetido.)

5 Anxietas dira, vomitu mox cessans.

JOHN COOK, in Oxford Magazine for March 1769.
(ab helleboro foetido.)

Vomitus.
cardialgia.
deliquia animi.

---

pilorum et unguium casus.
10 epidermidis desquamatio.

DAPHNE MEZEREUM L. (pulveris corticis tinctura.)

Vis septem fere dies durat post majores doses.
Pupillae constrictae.
debilitas, languor.
vitae taedium et mortis desiderium cum taciturnitate.
nil nisi ingrata et taediosa cogitat.
vertigo syncopodes.
horripilatio in dorso et supra brachia.
(frigus internum.)
frigiditas externa maxima 36 horarum cum siti magna, sine appetentia caloris, sine fuga aëris liberi et sine calore subsequo.
inter frigus et frigiditatem totius corporis, constrictio asthmatica pectoris anterioris et posterioris.
febrile frigus cum aquosorum tantum appetentia.
asthma continuum plurium horarum.
inter altam respirationem dolor internus in pectoris latere, quasi pulmo ad costas adhaereret.
ponderis sensus in abdomine cum anxietate.

cum palpitatione dolor sterni pressorius.
dolor pectoris internus lancinans.
dolor pectoris internus punctorius. } *).
constrictio et quasi strictura pharyngis.
anorexia quasi a pituita faucium nimio.
sensus piperatus in lingua.
vesiculae ardentes, urentes in lingua, gingivis.
aspritudo et excoriatio faucium, palati.
raucedo ad scrobiculum colli usque pertingens.
aspritudo et excoriatio narium.
(aspritudo et excoriatio oesophagi.)
dolor lancinans in glandulis submaxillaribus.
dolor nuchae, in frontem tendens, lacerans.
in fronte dolor pressorio pulsatorius.
capitis dolor pronatione trunci magna levatus.
dolor capitis lancinans in vertice et fronte.
dolor osteocopus cranii et externe, maxime tactu dolorifici.
dolor osteocopus claviculae lancinans.
dolor osteocopus femorum, crurum.
dolor (simplex?) omnium membrorum.
(singultus convulsivus brachia et totum corpus concutiens **).
palpitatio cordis.
coryza muci spississimi sanguinea.
tussis sicca.
(tussis irritatione in ima pectoris parte excitata, non cessans nisi vomituritione, et effluxu salivae aqueae copioso.)
tussis indesinens aliquot horarum, vehemens, emesin provocans ***).

---

*) Hora quarta observatum.
**) Post quatuor horas semel observatum.
***) Hora prima observatum.

casei putridi halitus ex pulmonibus.
carnis anorexia.
sapor cerevisiae amarus.
tormina lacerantia.
(tormina doloris simplicis.)
dolor in abdomine pressorius cum anxietate et aestuatione.
sedes parvae, molles, crebrae.
mictus creber *).
urinae ardor.
haematuria.
blennorrhagia urethrae et vulvae.
(in urethra pruritus extra mictum.)
dolores tensivi in glandulis inguinis.
frigus supra abdomen et brachia, pupillis dilatatis **).
somnolentia diurna.
somnus inquietus, parum reficiens.
insomnia terribilia.
post somnum morositas maxima.
inter somnum succussiones vehementes, ad morsuram linguae usque.
pruritus pertinax plurium dierum supra totum corpus.
eruptio cutanea, maxime vesperi in lecto pruriens.
dolor in ulcere lancinans, maxime vesperi.
dolor in ulcere strictorius, in margine ulceris lancinans.

---

*) Hora quarta observatum.
**) Post quintam horam observatum.

[OBSERVATA ALIORUM.]

Bergius, mat. med. p. 320.

(ab usu interno.)

Eruptiones miliares rubrae, prurientes, brachium, caput et totum corpus occupantes, discretae vel in plagulas confluentes, molestissimae.

Home, clinical experiments p. 466.

(ab usu interno corticis.)

Nausea.
sudor.
alvi dejectiones.

J. Maur. Hoffmann, Eph. Nat. Cur. Cent. 5, 6. p. 298.

(a baccis quatuor.)

Hypercatharsis effraena.
vomitus.
oris fauciumque ardor intolerabilis,
sitis.
febris acuta.
cutis totius corporis desquamatio.

Linné, flor. Suec. p. 128.

(a duodecim granis baccarum.)

Vomitus cruentus fatalis.

Veckoskrift for Läkare III. p. 291.

(a baccis.)

Dolores colici vehementes.
diarrhoea. } *).

Lange, domest. brunsv. p. 172.

(a 30 granis baccarum.)

Vomitus.
ventriculi inflammatio.
convulsiones **).

(a nidore baccarum.)

vertigines.
lipothymiae.

Wedel, Miscell. Nat. Cur. Dec. II. ann. 2. p. 140.

Diarrhoea continua cum torminibus intolerabilibus.
vomitus enormes ***).

Acta helvetica III, p. 531.

(a baccis.)

Ardor in lingua ad stomachum usque.
vomitus.
febris ardentissima.
virium lapsus summus.

Ritter, Nova Acta Nat. Cur. III. App. pag. 234.

(a baccis.)

Tormina maxime diuturna.

---

*) Per duos dies.
**) Post 24 horas mors.
***) Per sex hebdomadas quotidie repetentes.

ENGEL, Spec. med. b. 5.
(ab externo usu.)

Incalescentia magna corporis.
tumor brachii.
tumor faciei.
abscessus supra cubiti flexuram.

HALLER in VICAT, Mat. med. p. 353.
(a 15 baccis.)

5 Tormina chronica *).

Gazette salutaire 1761. Dec.
(a daphnes laureolae cortice.)

Inflammatio gulae, ventriculi, intestinorum.

GMELIN, Giftpflanzen p. 362.
(a scrupulo pulveris baccarum Laureolae.)

Vomitus vehemens.
pulsus plenus, durus, remittens.
constipatio, abdomine molli **).

---

*) Per mensem integrum.
**) Mors post novem dies.

STRYCHNOS NUX VOMICA L.

(seminum pulveris tinctura.)

Vis vitam periclitans 26 horis finitur, vis tota ultra tres dies extenditur.

Ebriosa capitis obtenebratio.

inebriatio.

titubationis sensus in cerebro.

vertiginis accessus, quasi cerebrum in gyrum verteretur cum sensuum abolitione momentanea.

vertigo cum scotomia.

vertigo, sensus in cerebro hinc illinc trahens *).

gravitas capitis matutina, ebriosa, vertiginosa.

capitis, dum rectum est, infatuatio, dum vero pronatur sensus in fronte quasi a pondere prolabente.

contractio pupillae **).

frigiditas maxima nec fornacis calore, nec lecti stragulis delenda.

noctu in lecto calefieri nequit.

frigiditas totius corporis, livor cutis ***).

---

*) Sexta hora observatum.

**) Primis horis.

***) Prima hora observatum.

calor imminutus ad frigiditatem universalem usque.
frigus vehemens cum crepitu dentium.
metus frigoris, horrescentia.
frigus in pedibus, quasi ab aqua frigida infusa, cum tremore.
mane horripilatio.
per aerem liberum vel minimum refrigeratio et odontalgia punctoria, punctorio ardens.
frigus in pedibus mane.
fuga laboris, nec tamen fuga motus.
impedit laborem, maxime literarium, } *).
nescio quid.
taciturnitas in semet versa, idearum progressio tarda **).
elocutio et scriptio minus correcta retractationi obnoxia ***).
loquelae difficultas.
impatientia parvorum malorum.
laerymatio ob minimas injurias perpessas.
impatientia strepitus, confabulationum.
meticulositas, pavor concussorius inter capitis ebriosam infatuationem.
stomachus ingens, iracundia †).
opprobria, convicia, objurgationes zelotypicae, obscoenissimis vocibus intermistae — mox lacrymatoria ejulatio ††).

---

*) Secunda hora observatum.
**) Semihora observatum.
***) Inter sextam et duodecimam horam observatum.
†) Prima hora observatum.
††) Tertia et quarta hora observatum.

jurgia in castigationem et verberationem invalescentia.
lucis fuga.
intolerabilitas lucis matutina scotomica.
nisus in decubitum.
dormituritio *).
dormituritio matutina.
mane pandiculatio et oscitatio enormis et post pandiculationem dolor in artubus spasticus maxime in genu.
lassitudo major matutina, quam dormitum ituri.
mane nisus in decubitum.
pedum infirmitas, instabilitas **).
syncope.
deliquescentia cordis.
genuum instabilitas.
tremor ***).
tremor pedis alterutrius et genuum.
visiones terrificae. } †).
pavor. }
phantasiae nocturnae, semivigiles, lugubres ††).
phantasiae delirae, terribiles.
insomnia terribilia.
ejulatio suspiriosa in somno.
insomnia de laboribus diurnis sedulo perficiendis.
cephalalgia quasi ab inanitione.

---

*) Prima hora observatum.
**) Secunda hora observatum.
***) Secunda hora observatum.
†) Vigesima hora observatum.
††) v. c. de capitibus mortuorum.

dolor capitis in medio cerebri (pressorius?) qualis post vomitum usu venit, depressione palpebrarum emergens.
conquassationis et glocitationis sensus in cerebro inter eundum.
ardor in cerebro subter frontem.
capitis dolor pressorius in fronte, pronatione in mensam allevatus, in aëre libero adgravatus, cum crurum lassitudine inter adscensionem *).
capitis in pronatione dolor, quasi a pondere prolabente.
dolor capitis integumentorum, tactu exasperandus.
indolorifice tractorius motus hinc inde in cerebro.
dolor lacerans in oculis, in fronte et vertice continuus cum nausea vomituriente in pectore, deliquescentia cordis, et infirmitate loquelae organi **).
dilacerans cephalalgia ad nasi radicem, et maxillam superiorem protensa et eundo aucta.
strictorio lacerans dolor in capite.
strictorius motus hinc inde in fronte ad nasi radicem.
dolores tractorii (strictorii) in capite ***).
dolor (strictorius) *tractorius primo in temporibus, tum in fronte, tum in occipite.*
dolor capitis constrictorius.

---

*) Tertia hora observatum.
**) Post duodecim et post duas horas.
***) Sexta hora observatum.

sensus, quasi cerebrum fissum esset *).
pulsationes vel ictus aliqui in capite.
impotentia caput erigendi in dorso reclinati ob vertiginem et scotomiam **).
presbyopia ***).
ardor in oculis sine inflammatione.
mordax sensus ut a sale culinari in oculis.
ardor formicans in oculis.
oculi aquei, lacrymis superfusi, ut in lippitudine, vel gravedine ****).
formicatio in fronte externe.
in gena hinc inde formicatio et rubor et calor †).
genae calidae cum horrore interno.
faciei caloris sensus cum horrore corporis caeteri.
genae rubrae calidae sine siti.
horripilatio primo, tum calor angorem creans, postea sitis cerevisiae.
cum frigore sitis cerevisiae ††).
anxietas ingens.
animus pueriliter obsequiosus, tum somnus (altus) cum rubore genarum, frigore corporis et calore capitis interno †††).
anxietas autochiriae cupida ††††).
animus demissus, morosus.
palpitatio cordis.

---

*) Octava hora observatum.
**) Hora vigesima quarta observatum.
***) An ad vires secundi ordinis referendum?
****) Hora prima exacta observatum.
†) Per duodecim horas.
††) Aliquando hora vigesima quarta observatum.
†††) Circa sextam horam observatum.
††††) Circa quintam horam observatum.

inquietudo morosa ab inquietudine viscerum abdominalium proficiscens.
hypochondriasis, aegritudo animi.
solicitudo taciturna, in semet versa.
inconstantia consilii.
dilatatio pupillae cum respiratione lentissima.
timor mortis.
mortem instare putat.
dolor in hepatis regione.
dolor in hepatis regione punctorius *).
icterus cum nausea ciborum et accessibus syncopes brevibus (morbosa debilitate subsequa).
appetitus diminutus.
anorexia cibi **).
anorexia maxime panis.
nausea panis fusci cerealis et ab eo salivae affluxus in ore.
abhorrescentia a tabaci fumo consueto, coffea, cibo, potu.
sapor in faucibus nauseosus, herbaceus, quasi foliorum dauci ***).
sapor putridus in ore.
singultus creber.
ructus creberrimi.
ructus post potum et pastum.
regurgitatio amari et acidi saporis †).
copiosus salivae affluxus ††).
screatus salsae pituitae.

---

*) Post aliquot horas observatum.
**) Statim post propinatam nucem vomicam observatum.
***) Post primam horam observatum.
†) Circa sextam horam observatum.
††) Ad duodecim usque horas durans.

vesiculae in lingua dolentes *).
pyrosis.
ardor stomachi.
ardor in oesophago ad os usque.
rasionis sensus in gula, qualis post sodam remanet.
rasio scalptoria in faucibus, inter deglutiendum cessans.
rasionis sensus in pectore screatum provocans.
rasio in scrobiculo.
cardialgia lacerans.
lacerans dolor in ventriculo.
cardialgia diuturna.
dolor ventriculi constrictorius.
circa ventriculum obvolutio, inversio.
constrictionis et relaxationis vicissitudines subter hypochondria.
dolor constrictorius in hypochondriis **).
dolor constrictorius in abdomine.
constrictorius dolor in ventriculo.
tensorius dolor in ventriculo.
asscensio flatuum in abdomine et restagnatio eorum ad hypochondria.
flatuum incarceratio.
pressio aliquot uncias infra scrobiculum, ructus afferens.
scrobiculi expansio, tactu dolorosi.
temperatura justa corporis, sitis, et tamen potulenta ventriculum aggravant ***).
ventriculi pulsatio.
in ventriculo pressio quasi a lapide.

*) Sexta hora observatum.
**) Sexta et duodecima hora observatum.
***) Sexta et octava hora observatum.

ponderis sensus in abdomine.
post pastum pressio in abdomine et scrobiculo cum meteorismo.
borborygmi matutini, sonori.
borborygmi pomeridiani.
forficanti lacerans dolor in abdomine ad pectus tendens *).
sensus (non dolor) tractorius ab extremitatibus inferioribus ad umbilicum usque, et tum in umbilico convolutio, seu depsatio.
paroxysmus spasmo corpus in latus trahens, manibus corpus sustentare nisis, sed infirmis, tum vomitus et alvi et urinae exoneratio involuntaria, citissima, mente constante.
haematemesis **).
(tormina disscindentia cum vomituritione.)
tormina strictorio lacerantia.
tormina strictorio lacerantia ab utroque latere, in pubis regionem convergentia.
tormina strictoria a latere sinistro, supra umbilicum.
tormina forficantia ***).
dolor punctorius in abdomine †).
molimina herniae ††).
vulsio et palpitatio sub cute musculorum artuum, maxime vero abdominis musculorum.

---

a.

*) Prima hora observatum.
**) Sanguinis effluvia a nuce vomica inter primum magis quam inter secundum virium ordinem referenda videntur.
***) Post primam horam observatum.
†) Quarta et sexta hora observatum.
††) A quinta ad septimam usque horam observatum.

a contusione quasi dolor musculorum abdominalium, tactu et motu tantum percipiendus.
abdomen tactu dolorosum.
egestiones parvae, crebrae.
cum excrementis alvinis sanguinis excretio.
haemorrhagia ex ano.
micturitio.
micturitio pomeridiana.
post mictum pressio in vesicae collo.
ante mictum dolor in vesicae collo.
inter mictum pruritus in urethra.
inter mictum dolor in vesicae collo ardens et lacerans.
urethrae orificium quasi a vulnere dolorosum post vel ante mictum.
pruritus ardens in penis glande, posteriori parte *).
pruritus in scroto.
calor in testiculis **).
lancinatus in testiculo.
tentigo diuturna, rigiditas penis.
blennorrhagia urethrae.
junctiurarum mobilitas diminuta.
rigiditas artuum una cum vulsionibus.
rigiditas, tensio artuum ***).
constrictionis sensus vehemens per totum corpus.
sensus in musculis (scapularum, dorsi, artuum) quasi aliquid rursum versum traheretur; magis spasmodicus, quam dolorosus.

*) Sexta hora observatum.
**) Quarta hora observatum.
***) Circa octavam et decimam sextam horam observatum.

quasi a verberatione dolor omnium membrorum.
torpor omnium membrorum.
lassitudo ingens.
ardens pruritus supra totum corpus.
punctus ardens hinc inde in corpore.
ardor per totum corpus *).
calor mere internus, ex angore natus, subsequo frontis sudore **).
calor internus cum pulsu pleno ab hora in horam auctus, cum siti —; tum agrypnia ***).
agrypnia †).
anxietas diaphoresin causans, ad minimum frontis.
post anxietatem nausea, respiratio cita, tum tussis sicca a nausea oriunda, et vomituritio et vomitus.
asthma, et anxietas sensim per aliquot horas crescens, respiratione sensim breviore et breviore, sudoribus identidem e toto corpore erumpentibus.
inter et post anxietatem ingentem sudor profusus.
sudor duorum dierum ††).
cum calore et pulsu magno, frequente, lecti appetentia et sitis aquae †††).
(sudor lateris aegroti putidus).

---

*) Internus ardor vel sensus tantum caloris ardentis esse videtur — sexta et duodecima hora observatum.
**) Post aliquot horas observatum.
***) Octava et decima sexta hora observatum.
†) Octava hora observatum.
††) Post sedecim horas observatum.
†††) Quadragesima octava hora observatum.

(sudor foetidus in latere.)
dolor continuus in calotta, tactu adgravatus.
tumores dolorosi in fronte.
oculi cantus quasi purulentus.
oculi cantus quasi a vulnere dolorosus.
(amaurosis aliquot horarum) *).
(dolor punctorius in oculis.)
ophthalmia, chemosis **).
rectum supercilium tactu dolorosum.
diapedesis sanguinis ex oculo, (et ex steatomate prope oculum ***).
in palpebris dolor strictorio lacerans.
aurium tinnitus sibilans, sibilus tinniens.
formicatio reptans, pruriens in aure interna.
saliva sanguinea.
vacillatio dentium.
casus dentium, vix antea vacillantium.
circa labia miliares eruptiones, pus includentes.
aposthemata parva in buccis, in femore doloris punctorio lancinantis vehementis furunculorum species ***).
tuberculum sub cute in maxillae inferioris superficie externa, tactu tantum dolorosum.
epulis dentis canini gingivae, dolore tensivo et ardente.
strictorio lacerans dolor in maxillis.
e naribus destillatio matutina.

*) Post nychthemerum observatum.
**) Inflammationes ex nuce vomica ad vires secundi ordinis referendae videntur.
***) In tuberculorum enim altae duritiei, et rubrorum calidorumque medio puris collectio post 24 horas.

diurna destillatio cum nocturna gravedine.
copiosum naris alterutrius stillicidium, obturatae quasi a gravedine *).
pruritus narium obturatarum ut in gravedine.
narium internarum hyperaesthesia dolorosa.
mucus narium sanguinolentus **).
epistaxis diuturna.
tussis nocturna.
pruritus laryngis, tussim proritans.
inter tussim dolor capitis, quasi cranium disrumperetur.
in tussi dolor epigastrii (quasi a contusione).
halitus acidus pulmonum.
respiratio extra lectum angusta, difficilis, in lecto justa.
dolor pectoris horizontaliter pressorius, respirationem suffocans.
dolor horizontalis pectoris cum respiratione cita.
dolor in sterno mere diurnus, quasi pectus nimis curtum esset, inter respirandum.
dolor pectoris constrictorius.
dolor mere diurnus quasi a verberatione a sterno ad scapulas cum lancinatione et asthmate inter motum et quietem.
dolor pectoris strictorius.
dolor strictorius in costis.
dolor strictorius in nucha.
juncturae ipsarum vertebrarum colli dolentes.
dolor strictorius in humeri capite.
dolor strictorius in brachio.

---

†) Prima hora observatum.
††) Prima hora observatum.

narcosis manuum, pedum.
dolor dorsi strictorius.
dolor dorsi strictorio lacerans *).
dolor dorsi constrictorius.
dolor dorsi ardenti lacerans.
dolor in osse sacro.
dolor mere diurnus in osse sacro quasi a verberatione et quasi pars nimis debilis esset, ut a puerperio.
dolor lacerans in lumbis.
intertrigo in inguine.
dolor tensivus in femore, quasi nimis curtum esset.
in ossis femoris capite lancinatus quasi a luxatione.
formicatio a pedibus sursum.
in poplitibus post sessum, inter surgendum, sensus, quasi nimis curti essent.
poplitis tensio, rigiditas.
dolor mere diurnus genuum, quasi a verberatione, inter motum et quietem.
dolorosi tumores in genu.
eruptio miliaris ardenti pruriens in genu.
tensio in suris.
ardor pruriens in digitis pedum, quasi a gelu.

---

fames magna.
constipatio.

---

inquietudo cum pupillis maxime dilatabilibus **).

---

*) Prima hora observatum.
**) Hora quinquagesima sexta observatum.

[OBSERVATA ALIORUM.]

Veckoskrift för Läkare, Vol. II. S. 169.

(a scrupulo in adulto.)

Inebratio *).
singularis omnium artuum, praecipue genuum, rigiditas cum tensione.
gressus vacillans cum metu labendi.

---

motus convulsivi.
cardialgia diuturna.

SEUTTER, Diss. de nuce vom. L. B. 1691. §. 11.

Convulsiones horrendae.
rigiditas omnium fere corporis partium.
stupor omnium fere corporis partium.

STRANDBERG, ap. KIERNANDER'S med. lag. S. 269.

Vehementes ventriculi affectiones.
spasmi abdominis.
anxietas ingens.
convulsiones.

---

vomitus.
diarrhoea.

---

*) Post semihoram.

JUNGHANSS, Diss. de nuc. vom. et cort. Hippoc. Hal. 1770. S. 11.

Sudores validi.

HARTMANN, Diss. spicilegia ad nuc. vom. us. med. Traj. ad Viadr. 1785. S. 25.

Anorexia diuturna.

MATTHIOLUS, Comment. in Diosc. l. IV. Cap. 23.

Nausea.
vomitus ingens.
sitis vehemens.
diarrhoea enormis.
pectoris angustia.
subita virium prostratio.
convulsiones.
sudor frigidus.

Fr. HOFFMANN, med. rat. syst. T. II. p. 175.
(a granis 15 in puella 10 annorum.)

Anxietates summae.
vomendi conatus.

HUFELAND, Journ. d. pract. Arzneik. Vol. I. S. 125.
(a novem granis in adulta.)

Debilitas artuum maxima, ut pedibus insistere non posset.
tremor universalis.
vertigo.

stupor cerebri,
angor.
pulsus parvus, intermittens.

CONSBRUCH, ibid. Vol. IV. S. 443, 444.
(a duabus drachmis in adulta.)

Tormina intolerabilia *),
angor ineffabilis.
convulsiones horrendae,
opisthotonus per minutam, pluries repetens.
facies tumida, praerubra.
oculi splendentes, horridi.
manus frigidae.
pulsus evanidus, ratione constante.
dolor cessans cum sudore frigido **).

RADEMACHER, ibid. S. 573.

Pedum infirmitas, instabilitas.
oris distorsio.
trismus, ratione constante.
pruritus narium intolerabilis.
sensus quasi a formicis innumerabilibus, faciem obreptantibus.
splendor objectorum auctus.

BERGIUS, mat. med. S. 149.
(a scrupulo in adulta.)

Pandiculationes summe convulsivae.
vertigo.
evacuationes suppressae omnes.
dolor ventriculi et regionis epigastricae per longum tempus.

*) Post unam horam.
**) Mors post duas horas.

PAPAVER SOMNIFERUM (lacrymae tinctura.)

Vis ad summum nychthemerum durat.

Exoretio alvina. } *).
diarrhoea pultacea. }
tussis cava siccissima **).
pupilla dilatata ***).
calor diminuitur. 5
pulsus lentus.
respiratio lenta.
frigiditas extremitatum.
sitis inter frigus.
anorexia. 10
sapor acidus †).
frigidus frontis sudor.
morositas, spei abjectio.
animi abjectio.
lacrymatio miserabilis ††). 15

*) Vel statim post potum opium usu venit, vel intra primum horae quadrantem.

**) Statim post propinatum opium surgit et statim iterum evanescit.

***) Primis horis.

†) Dubius haereo, utrum ad primi, an ad secundi ordinis vires sit referendum.

††) Primis horis observatum.

ex joco offensio lacrymabunda.
sensibilitas diminuitur.
taciturnitas adiaphora, indolens *).
inagnitio necessariorum, objectorum sõlitorum.
inattentio rerum externarum.
somni species comatosi **), palpebris semiclausis, bulbis retortis, ore plus minus aperto, inspiratione stertorosa.
coma vigilans.
caput reclinatum ***).
narcotica formicatio in digitis, dum aliquid manu capessitur aucta.
dorsum rectum rigidum ***).
gemitus vagitosi inter somnum ****).
clamor miserabilis inter somnum.
somnus insomniis plenus.
incubus.
insomnia luculenta, taediosa, frustrationum et offensionum variarum †).
blateratio futilis inter coma.
irritabilitas imminuta.
gravitas pedum post pastum ††).
motus tardus, vacillans.
——— †††).
distentionis abdominis, maxime ventriculi, sensus.

---

*) A minima dosi.

**) Post doses majores non multo post opium sumtum, vel etiam confestim oritur.

***) Tetani species videtur; intra primam et secundam horam observatum.

****) Secunda hora observatum.

†) Secunda hora observatum.

††) Post duas horas observatum.

†††) Sequentes dolorosae sensationes, quamquam partim

cardialgia, pressio in ventriculo quasi a lapide *).
ponderis sensus in abdomine circa umbilicum cum angore, caloris volatici interni sensu et infatuatione capitis **).
pulsatio in abdomine.
tormina quasi a purgante ***).
menstruatio aucta ****).
tormina quasi a refrigeratione.
tormina simplicis doloris, quasi a contusione †).
proctalgia pressorio distensiva, immanis ††).
dolor immaniter pressorius in latere pectoris dextro etiam extra respirationem, cum lancinatu in eodem latere inter inspirationem †††).
lancinatus in sinistro latere abdominis, vel extra respirationem ††††).
déntium vacillatio (1).
odontalgia.
dolor maxillae superioris.

---

non diu post sumptum opium oriantur, tamen ad vires secundi ordinis pertinere videntur, quippe per minimas doses enatae, in quibus vires primi ordinis opii (stuporificiae) opinione citius diffugiunt insensiliter. In praemagnis opii dosibus vero vires primi ordinis ad sex et octo horas, immo ad mortem usque durant, stupore mentis omnes sensationes cujusvis generis opprimente.

*) Post secundam horam observatum.
**) Post horam observatum.
***) Post semihoram observatum.
****) Post duas horas observatum.
†) Secunda hora observatum.
††) Intra quartam et sextam horam observatum.
†††) Post primam horam observatum.
††††) Post tertiam horam observatum.
(1) Octava hora observatum.

dolor dentis nervi subtilis, exedens *).
dolor strictorio lacerans in pectoris latere.
dolor strictorio lacerans in dorso.
pruritus in cute hinc inde pungens.
——— **).
pulsus fortior.
calor.
(animus contentus.)
(mens vivida.)
(desiderium veneris.)
(appetitus auctus.)
pupillae contractae.
diaphoresis aucta.
sudor universalis ***).
sapor insulsus et fere deletus †).
famis caninae accessus crebri ††).
alvi excretiones restrictae.
vulsiones singulae in temporum musculis.
vulsiones singulae in brachiis.
agitatio brachii alterutrius convulsiva.
——— †††).
vicissitudines animi serenitatis, curarum expertis, et morositatis.

---

*) Hora octava observatum.

**) Quae sequuntur ad vires secundi ordinis sine dubio referenda.

***) Quarta hora observatum.

†) Tertia hora una cum fame canina observatum.

††) Pluries intra viginti quatuor horas etiam tertia hora observatum.

†††) Quae sequuntur, inter reliquias observavi. Haec partim secundi ordinis vires, partim sequelae nimiae dosos (an tertii cujusdam ordinis vires?) esse videntur. Ad posteriora referendae sunt sequelae post quotidianum opii abusum, inter nos interdum, maxime vero apud gentes orientales observandae.

respiratio difficilis, angusta, maxime noctu.
dolor constrictorius sterni et dorsi, inter motum percipiendus.
raucitas pituitoso trachealis.
vicissitudines caloris temperati et frigiditatis.
pupillae dilatabiliores.
ventriculi debilitas.
stupor in pede narcoticus.
pes quasi rigidus et tam sensibilis, ut eo incedi non possit.
tumor pedum.
tormina ante et post sedem.
sensus in molimine ad alvum deponendam, quasi via ad rectum praecluderetur (paresis recti?).
sensus in mingendi molimine, quasi via ad urethram praecluderetur (vesicae paresis?).
aeris liberi intolerantia, et sensus inde quasi a refrigerio.
tussis post pastum invalescens.

[OBSERVATA ALIORUM.]

De la Croix, Journal de Med. Tom. XXXIX.

(a granis duobus solutis et per clysterem injectis.)

Capitis obnubilatio *).
stupor dormituriens.
stertor.
pulsus magnus, rarus.
respiratio gravis, alta.
trismus.
abdomen tumidum.
vomitus viridis.
tussis inter deglutitionem **).

Rademacher, in Hufeland's Journ. d. pr. A. Tom. IV, 3.

10 Dormituritio palpebris semiclausis.
angor summus.
floccilegium.
vulsiones singulae brachiorum.

Crumpe, Natur u. Eigensch. d. Op.

Respiratio lentior, difficilis, stertorosa.

*) Statim post ingestum opium.
**) Mors hora duodecima et tunc effluxus materiae albae, spumosae ex ore; cadaver putidum maxime.

pulsus magnus, lentus.
animus stupidus, erga objecta indifferens.

Hist. de l'acad. des sc. à Paris. 1735. S. 6.

(in juvene a drachma.)

Maculae hinc inde in corpore lividae *).

Pyl, Aufsätze, Samml. I. S. 85.

(a drachma.)

Corpus gelidum, rigidum.
trismus **).

Id. ibid. S. 94, 95.

Vomituritio longa.

---

facies collapsa, pallida.
oculi aperti, pupillis sursum retortis.
respiratio brevis, stertorosa, per semiminutum identidem cessans.

---

constipatio decem dierum, fatalis.

Vicat, pl. venen. de la Suisse, p. 226.

(in viro a duabus drachmis Laudani,)

Stupor, insensibilitas, et tamen apposite respondet.
oculi fixi, stupidi, languidi, emorientis instar.
pulsus vehemens, celer, durus.
respiratio difficilis, impedita.

---

*) Post quindecim horas.
**) Post nychthemum cadaver putidum.

sudor largus *).

WILLIS, de anima brut. pag. 298.

Cardialgia vehemens.
languor.
animi deliquium.
mens constans.
scotomia **).

Idem, pharmac. rat. P. I. p. 306.

Memoria penitus amissa.

Hist. de l'ac. des sc. 1735. p. 4.
(in juvene a drachma in vino data.)
Maculae lividae hinc inde in corpore ***).

HARGENS, in Hufel. Journ. d. pr. Arz. Vol. IX. P. 2. p. 201.

Salivatio.

CLARCK, essays and obs. ph. and litt. Ed. III, 1771.

Vertigo.
mentis perturbatio.
virium lapsus.
scintillae in visu.
visiones terrificae.
calor cum siti.

F. PLA=

*) Duodecim horarum.
**) Et mors subsequens, tertia hora.
***) Decima quinta hora post captum opium; post mortem tubercula livida hinc inde in corpore et putredo praesentanea.

F. Plater, Obs. lib. I. p. 139.
(a clystere opiato.)
Linguae titubatio.

Bagliv, prax. med. lib. I. p. 65.
(ab opiatis nimiis.)
Paralysis.

Schweickert, in Hufel. Journ. d. pr. Arz. XI, 2. p. 148.
Convulsiones cum facie livida.
asphyxia.
singultus convulsivus. 5

de Ruef, App. ad Act. Nov. N. C. Tom. V. pag. 63.
Vis voluntatis minimo abigenda nutu.
tranquillitas mentis.
alacritas animi.
insomnia anxia.
insomnia hilaria. 10

Reineggs, in Blumenbachs med. Bibl. Vol. II, 2. p. 374. 384 —
Paralysis linguae.
flatulentia.
anorexia.

---

venae in facie tumidae.
spuma ante os. 15
salivatio.
haemorrhagia narium.

---

titubatio.

sui non conscius.

stupiditas.
memoriae lapsus.
indifferentia erga dolorem et voluptatem.
erga sensationes subtiliores et sensum modestiae stupiditas.
horrescentia.

periculi impavidus.

temeraria ferocitas.

anxietates intolerabiles *).

flaccidiras, torpor.
infirmitas et collapsus virium.

impotentia virilis.

color luridus.
hydropicus corporis status.

stupet adstantes, oculis lacryma suffusis, nec tamen scit, quid agatur, nec agnoscit obvios.
ore aperto loqui nescit.
facta inepta patrat.
vacillatio.
balbuties.
de frigore querelae.
cibos appetit et morsu vix uno deglutito caetera fastidit.

*) Post nychthemerum ab opio capto.

post ebrietatem ecstasis.
post ecstasin ex opio anxietas.
inquietudo, tremor.
ineptitudo ad omnia negotia.
frigiditas in re venerea.
nausea omnium rerum.

CHARDIN, voyage en Perse, Amst. 1771.

Ecstasis *).
post ecstasin moestitia, animus abjectus.
frigiditas.
stupor.
omnium laborum impos.
languor, imbecillitas.
animi dotes omnes, sensus omnes hebetes.
dolores per medullam ossium penetrantes, deterrimi.

J. JUNCKER et Fr. BÖHMER, Diss. cas. matr. larg. opii usu tractatae, Hal. 1744.

In membris et nervis omnibus sensus tremulus.
modo ignis volatici, modo aquae gelatae per venas micantis sensus.
trunci curvatio arcus instar.
in corde ardor quasi a prunis et dolor quasi a dilaceratione intestinorum ita ut pessumdari sibi videretur.

*) Post primam ob opio capto horam nata, ad quinque usque horas durans.

SAM. BARD, Diss. de vir. opii. Edinb. 1765.

Pulsus quatuordecim ictibus lentior *).
pulsus triginta ictibus aucta **).

MUZELL, Wahrnehmungen II, p. 131.

Cephalalgia vehemens.
anxietas ingens.
dementia.
tetanus.
motus convulsivi.
epilepsia.
facies rubra, tumida.
respiratio gemebunda, lenta ***).
pulsus lentus †).
sudor profusus.
insultus epileptici cum deliriis vehementibus.

F. C. GRIMM, Act. Nat. C. Vol. III, obs. 19.

(a grano ante somnum capto in adulto.)

Somnus anxius, insomniis vexatus tristissimis, ita ut somnolentus in perpetuo delirio versari videretur.
respiratio crebra ††), angusta, anxia.
pulsus frequens, debilior naturali.
sudor universalis †††).
diarrhoea lenis, foetidissima.

---

*) Intra primas quatuor horas.
**) Post circiter decem horas.
***) Post quatuor horas.
†) Per viginti circiter horas.
††) Post plures horas.
†††) Post octo horas.

tumor faciei lividae luridaeque.
palpebrarum inferiorum tumor.
lingua alba.
crurum debilitas.
torpor.

(a granis tribus.)

moeror.
animae virium debilitas.
nisus in decubitum.
anxietas praecordiorum *).
dormituriens somnum capere non potest.
pulsus tardior.
hypochondriorum, inprimis dextri dolor.
tensio hypochondriorum, tactu dolorificentiorum **).
respiratio inordinata, suffocationem minans.
spiritum summa molestia trahit, anxius, ore aperto.
titubatio.
fames canina, cum abhorrescentia ciborum.
urina citrini coloris, cum sedimento multo.
inter pulsum tardiorem et debiliorem pallor et frigiditas artuum, sudore frigido perfusorum.
ructus ***).
raucedo cum faucibus siccissimis, lingua alba.
amaror oris.
nausea.
somnus anxius, insomniis obrutus †).

*) Secunda hora.
**) Quarta hora.
***) Quinta hora.
†) Hora septima.

somnus parum reficiens inter sudorem universalem.
excrementa liquida spumosa, cum ani pruritu, ardore, summoque tenesmo.
habitus corporis pallidus, lividusque.

G. Chph. Schelhammer, Misc. Nat. Cur. Dec. II. ann. 8. obs. 12.

(in viro a $3\frac{1}{2}$ granis.)

Somnus insomniis gravis et turbulentus *).
post evigilationem linguae motus impeditus **).
siccitas oris ut verba vix proferre posset.
vertigo, circumgyrationis sensus ***).
capitis turbatio, vera notitia nullius rei, eorum quae legit sensum assequi non potest.
hallucinatio quasi in aere suspensus esset, aut volitaret et omnia circumverterentur.
hallucinatio, quasi oculos quater majores habeat, quasi corpus suum monstrosae sit magnitudinis.
titubatio, progredi non potest nisi difficulter et titubanter.
immobilitas artuum aucta.
ideae vagae.
obtusus animus, insensilis, existentiae suae vix conscius, apte tamen satis respondet.
praeter auditum et visum, privatio sensuum gustus, olfactus, tactus quoad ob-

*) Statim.
**) Post quadrantem horae.
***) Hora exacta.

jecta externa, sui vero corporis frigiditatem sentit *).
frigiditas totius corporis, stuporem membrorum inducens **).
frigus in dorso.
pulsus suppressus, vix perceptibilis.
vix pedes movere, vix incedere potest coactus.
pulsus major ***).
somnus horribilis, oculis clausis amens sibi videtur esse.
coma, sopore oppressus jacebat.
pruritus, formicatio in omnibus membris †).

G. Young, vom Opium, neue edinb. Vers. Altenb. 1762. p. 148 etc.

(a 30 guttis Laudani.)

Lassitudo post somnum longa.
tumor faciei.
cutis sicca, calida.
interdum sudor lenis.
lingua alba.
constrictio pectoris, et quasi rigiditas, respiratio difficilis.
raucedo.
haemoptysis.

(a 40 guttis Laudani.)

raucedo maxima.
aurium susurrus.

*) Post sesquihoram.
**) Post duas horas.
***) Post tres horas.
†) Circa quintam horam; fricatione tactus sensus restituebatur.

vertigo.
turbatio capitis.
somnus succussionibus terrorificis interruptus.
inquietudo.
inter evigilationem languor cordis.

---

sensus cruris fere deletus.
asthma spasmodicum.

---

somnus inquietus, gemebundus, suspiriosus.
post evigilationem nausea vomituriens *).
cephalalgia.
pulsus celer.

---

ventriculi dolor constrictorius, intolerabilis, agonizans **).

STALPAART van der WIEL, Cent. II. obs. 41.

(a semidrachma.)

Inter somnum priapismus.
e somno expergefacto impotentia virilis.

Idem, Cent. I. obs. 42.

(a pilula.)

Sopor et stupor talis ut nec quidquam responsi ipsi extorqueri posset.

COCQ, apud eund. ibid.

(a tinctura opii.)

Memoria diu abolita.

---

*) Post duas horas.
**) Pilulis opiatis post prandium captis.

ANEMONE PRATENSIS, L. (herbae totius succus sole inspissatus.)

Vis 80 ut plurimum horas durat.

Vertigo titubans quasi ab ebrietate cum calore capitis interno, et pallore faciei, naturaliter calidae, maxime vesperi.

vertigo quasi ab ebrietate.

vertigo, consistere recte non posse putat *).

vertigo, capessere rem posse non putat **).

vertiginis accessus, ebrietas, calor.

vertiginis species, ab oculorum resupinatione, quasi casurus esset, vel quasi saltaret.

post pastum ebrietatis sensus.

inter pronationem sensus in capite, quasi prolapsurus esset homo.

pupillam contrahit initio.

oscitatio.

frigiditas.

frigus immane, postea caloris interni cum horripilatione sensus mixtus, postea calor ardens universalis, pulsus citissimus, respiratio citissima agonizans.

*) Intra primam horam observatum.

**) Intra primam horam observatum.

horripilatio.
horripilatio reïterata.
horripilatio quasi a sudore erupturo.
cum tremore frigoris sensus, aliquot minutarum intervallo recurrens, calore parvo subsequo, sine sudore.
circa vesperam in cubiculo calido frigus, seu frigiditatis sensus, caloris volatici sensu intermisto.
frigus sine cute anserina vespertinum.
adipsia.
fames canina *).
dolor exedens in ventriculo quasi a fame canina **).
appetentia ***) escarum, nescit quarum, nec grate sapit quo vescitur.
fames, sed appetitus rei certae nullus.
sensus quasi a vacuo in abdomine, quasi abdomen exenteratum esset.
vacillatio consilii, indeterminatio summa.
vox haeret, respondere taedet.
nullius rei amor, ex nulla offensio.
taedium, fastidium omnium rerum.
palpitatio et anxietas ingens, ita ut vestimenta abjici debeant.
anxietas quasi a calore aëris ambientis.
angustia nocturna inter evigilationem, quasi crimen commisisset.
calor anxius quasi ab affusa aqua calida, fronte gelida.

---

*) Statim post ingestam pulsatillam observavi, sed brevis temporis.
**) Etiam circa horam octavam observavi.
***) Statim post potam pulsatillam observavi.

manus haec calida, illa frigida.
caloris externi intolerantia, venae tumidae.
afflatus quasi ab aëre nimis calido, cephalalgiam causans.
quasi a sanguinis ebullitione agrypnia.
caloris sensus nocturnus sine siti *).
per noctem angor quasi a calore.
calor et dein horror.
calor subitus cum faciei sudore magno, tremore artuum et scotomia syncopode.
subitaneus rubor faciei, cum pedum horrore et trepidatione.
calores volatici **).
calor totius corporis, exceptis manibus cum pressorio supra orbitam dolore et aestuatione ejulatoria.
sudor mitis universalis.
in faciei latere dextro sudor ***).
agrypnia.
aversatio negotiorum, indeterminatio, anhela respiratio, aestuatio.
hypochondriaca morositas, quaevis aegre ferens.
per morositatem obrigescit infans.
circa externa non incuriosus, sed negligens †).
ideae permultae, sed instabiles ††).
anxietas, nescit quo se vertat †††).
anxietas, annihilari, pessumdari se putat ††††).

---

*) Aliquando post trigesimam sextam horam observavi.
**) Etiam seriorum horarum observatio, v. c. duodecimae.
***) Etiam hora trigesima sexta observatum.
†) Circa primam horam observatum.
††) Intra primam horam observatum.
†††) Intra primam horam observatum.
††††) Prima hora observatum.

anxietas tremula, quasi mors instaret *).
aegritudo animi **).
ut ab ebrietate hesterna infatuatio et dolor capitis.
infatuatio capitis, cogitationes evanidae.
fatuitas et vertigo, motu excitata.
visus obtenebratio cum vomituritione et pallore.
visus obnubilatio brevis.
visus obnubilatio per aliquot dies repetens.
oculus alteruter candelae lucem tolerare non potest lancinanti dolore affectus, fere sine inflammatione albugineae, palpebris conniventibus ***).
visus vitium, candelae flamma nimbo stipata videtur, stellae instar.
visus duplex ****).
visus et auditus abolitus, cum dolore capitis strictorio et gravitatis et formicationis sensu in cerebro, tumque frigus.
cephalalgia quasi a cerebri arteriarum pulsatione †).
murmur in aure, modulatione pulsuum.
tinnitus aurium oscillans quasi a pulsatione baculi ferrei ††).
tinnitus aurium †††).
tinnitus in aure acutus.
plethora organi auditus ††††).

---

*) Prima hora observavi.
**) Etiam serioribus horis observavi.
***) Post tres horas observatum.
****) Aliquando etiam post plures horas observavi.
†) Post sex horas observatum.
††) Post tres horas.
†††) Inde a quarta hora ad octavam observavi.
††††) Circa octavam horam observatum.

auris externae calor, rubor, tumor *).
circa aurem externam calor, sudor.
anorexia sapore integro.
(anorexia a ciborum sapore deleto et quasi a plenitudine ventriculi.)
sapor in posteriori faucium parte herbaceus, putridus.
(mane putridus oris halitus.)
anorexia panis veteris et carnis.
sapor esculentorum omnium imminutus. } **).
sapor carnis deletus.
sapor omnium esculentorum amarus, tum frigus cum sudore frigido.
sapor amarus cum appetentia citri acidi.
sapor amarus, biliosus, continuus, maxime post cibum captum.
sapor terreus cum vomituritione ***).
sapor empyreumaticus in ore.
sapor pituitae tussi ejectae empyreumaticus instar jusculi cancrorum vel olei tabaci †).
ructus crebri cum sapore ingestorum.
regurgitatio amari liquoris ad fauces usque.
amaror in ore post vomitum.
sensus quasi a corrupto ventriculo.
sensus in ventriculo, quasi a nimia ingurgitatione escarum et regurgitatio escarum quasi evomendae essent.
salivatio.

---

*) Post aliquot horas.
**) Circa quartam, octavam et decimam sextam horam observata.
***) Etiam post primam horam observatum.
†) Post tres et sex horas observatum.

cum salivatione continua 24 horarum, vomituritio.
salivae aqueae effluxus ex ore copiosus.
nausea vomituriens intolerabilis, sine vomitu *).
nausea vomituriens, sine vomitu, appetitu integro, cum menstruorum suppressione.
nausea vomituriens inter soporem (vel somnum) emergens, cum appetitu integro, vel panis fusci **).
vomitus cibi pridem capti.
vomituritio ab esca solida et spissiore, carne, pane.
nausea vomituriens cum ingrato sensu (dolore) ad gulam adscendente.
vomituriens nausea ad fauces usque tendens.
sensus quasi in gula reptet vermes.
vomitus escarum vespertinus, tum amaror oris et dentes obtusi.
vomitus brevis biliosorum.
vomitus nocturnus cum dolore dorsi lancinanti strictorio versus scapulam.
post vomitum ardor in gula.
cum borborygmis in hypochondrio, vomituritio.
borborygmi in abdomine murmurantes ut a flatibus.
diarrhoea primo viridis, dein mucosa.
excrementa alba ***).

---

*) Prima hora observatum.
**) Aliquando circa vigesimam horam observavi.
***) Etiam intra decimam octavam et vigesimam quartam horam vidi.

sedes ex mera pituita lutescenti alba constantes, cum pauco sanguine intermisto *).
sedes crebrae ex pituita constantes, cum torminibus ante singulam sedem.
diarrhoea cum torminibus disscindentibus.
invitatio crebra ad alvum deponendam, quasi diarrhoea identidem eruptura esset.
sedes acres.
diuresis.
micturitio.
urina subinde rubra.
urina fusca.
post mictum dolor in urethrae orificio pressorio formicans.
(virus venereum ex cancro praeputii in glandulas inguinis transferre et bubonem excitare videtur.)
post mictum formicatio et pressio in glande penis.
sensus lancinanti pruriens sub praeputio **).
leucorrhoea lactea cum tumore vulvae.
leucorrhoea lactea indolorifica.
leucorrhoea pituitae spissioris lactei coloris, indolorifica, maxime inter decubitum percipienda.
blennorrhoea colore et consistentia seminis humani cum ardenti dolore, maxime statim post mictionem.
titillatio continua in naribus.
sternutatio ***).

---

*) Nonnunquam circa duodecimam horam observavi.
**) Etiam circa quadrantem horae post ingestam pulsatillam observatum.
***) Circa quartam horam et ad duodecimam observatum.

in nasi ala exulceratio superficialis serum fundens.
coryza cum gustus et olfactus jactura.
gravedo *) cum exulceratione narium.
nares obturatae, exulceratae.
(in nasi radice dolor inter pronationem quasi ab aposthemate interno.)
epistaxis.
sanguinis e naribus effluxus cum gravedine.
tussis **).
tnssis cum expectoratione.
tussis sanguinea.
tussis nocturna lancinatum in latere gignens.
inter tussim dolor pectoris.
a tussi dolor in humero.
inter tussiendum lancinatus in dorso.
raucedo aphona.
pruritus in oculis.
lippitudo.
oculi in aere libero, frigido aqua suffusi.
oculo uno lacrymante dolor capitis strictorius.
palpebrae mane conglutinatae.
siccitas palpebrarum ***).
in canto interiori oculorum dolor pressorius.
oculorum siccitas et sensus matutinus quasi a corpore alieno premente †).
hordeolum cum inflammatione albugineae modo unius, modo alterius canti oculorum

---

*) Dubius haereo, an gravedo ad vires secundi ordinis sit referenda. Sed monendum, pulsatillam plerumque agere ita, ut vires primi et secundi ordinis per paroxysmos aliquot repetant durante curriculo operationis.

**) Circa quartam horam observatum.

***) Circa duodecimam horam observatum.

†) Etiam inter reliquias observatum.

rum et dolor strictorio tensivus in eo a motu musculorum faciei — inter nares exulceratas.
lancinatus ex fronte per oculos penetrans.
in parotide dolor lancinans.
dolor glandularum submaxillarium.
dolor terebrans in glandulis submaxillaribus, vel inter quietem partium *).
dolor strictorio tensivus in glandulis submaxillaribus.
dolor inter deglutiendum, quasi glandulae submaxillares in faucibus prominerent et quasi ab excoriatione dolerent **).
angina lancinans.
glandula parva dolorosa intra tragum auris et articulationem maxillae.
sensus quasi a tumore in gula modo inferne modo superne sedente ***).
dolor ut a vulnere in gingivis.
dolores vento aucti.
odontalgia lacerans †).
lacerantes †) dolores in maxilla inferiori.
strictorio vulsorius dolor in dentibus, a potu frigido exasperatus.
dens inter mordendum dolorificus.
dolor dentium, quasi protruderentur.
dolor adstrictorius in maxillis ut ab acidis, cum horripilatione et sudore faciei frigido.

---

*) Post quartam horam observatum.
**) Post octo horas observatum.
***) Post sextam horam observatum.
†) An potius strictorio tensivus dolor? (quasi nervus intendatur et per vices subito relaxetur) qui pulsatillae proprius est, et falso pro lacerante venditatur.

dolorem dentium in gingivis (punctorium exedentem) maxime circa vesperam excitat, qui plumei lecti calore exasperatur, denudatione vero et aeris liberi frigidi afflatu lenitur, et somno vespertino deletur *).

inter dolores vespertinos frigus.

dolor lancinanti pruriens in aure interna **).

lancinatio in occipite per aures.

lacerationes vulsoriae singulae per aures ***).

vulsiones in auribus.

tumores parvi in calotta dolorosi quasi ab apostemate.

(exanthema pustularum tactu dolorosarum in collo sub mento.)

tumor nuchae, utrinque ad colli latus, usque ad carotides protensus, tactu tantum sed vehementer dolorosus quasi ab apostemate intus latente.

caput sustentare nequit.

cephalalgia strictorio tensiva in fronte supra orbitas, oculorum apertione aucta.

crepitus cerebri inter eundum, et ad pulsum arteriarum modulatus.

dolor capitis disscindens.

(hemicrania disruptoria, quasi oculi e capite casuri essent.)

dolor pressorius in capite in pronatione.

dolor capitis quasi a nimia ingluvie vel quasi a ventriculo carne nimis pingui ingurgitata corrupto.

---

*) Post sex horas observatum.

**) Post sex horas observatum.

***) In duodecima hora observatum.

dolor capitis ut ab agrypnia vel crapula *).
dolor capitis quasi a gravedine, vespertinus, tum calor in lecto siccus et coma somnolentum cum phantasiis delirantibus.
dolor lancinans **) in occipite, decubitu exasperatus, erectione trunci evanidus.
hemicrania lancinans.
dolor lancinans in nucha.
dolor strictorio tensivus in nucha.
dolores strictorio punctorii in nucha, intra scapulas et in dorso.
dolor lancinans intra scapulas vel inter quietem.
dolor intra scapulas inter motum lancinans, respirationem praecludens ***).
dolor pressorius in dorso sursum.
dolor punctorius dorsi †).
dorsi rigiditas dolorosa, asseris ad instar.
in quarta lumborum vertebra dolor pressorius, maxime post itum.
dolor lancinans in osse sacro et abdomine cum torminibus disscindentibus, respirationem praecludentibus.
primo lancinatio in osse sacro, tum in abdomen tendens dolor disscindens fit et lancinans, respirationem praecludens, tum in capite formicatio, gravitas et strictorius sensus, visum et auditum

*) Aliquando duodecima hora observatum.
**) An punctorius interdum?
***) Pulsatillae est, etiam aliorum partium dolores excitare, quae respirationem angustant.
†) Secunda etiam hora observatum.

aboliens, tum frigus quasi ab aquae frigidae perfusione.

dolor in scrobiculo pressorio strictorius, mane, qui paulo post in latus pectoris migrans, lancinans et demum in dorsum progressus, lacerans fit *).

pulsuum arteriarum sensus in scrobiculo.

in pectoris alterutra parte dolor strictorio tensivus, per respirationem auctus.

in sterno dolor strictorio tensivus.

in pectore dolor lancinans inter motum corporis.

dolor pectoris inter respirationem lancinans durantibus menstruis.

per transversum pectus spasmodicus sensu.

lancinatus in latere non nisi inter decubitum**).

(dolor crampoides primo in dextro latere, tum in sinistro, tum in pectore.)

cardialgia.

cardialgia inter menstrua.

pressio in abdomine.

dolor strictorio tensivus in hypochondrio.

dolor strictorio tensivus in abdomine ritu dolorum spuriorum in partu ***).

dolores strictorii et strictorio tensivi ex abdomine per vasa spermatica in testiculos penetrantes, testiculis alte pendentibus †).

dolores constrictorii in uteri sinistra parte, quasi ad partum.

---

*) Non nisi vigesima quarta circiter hora observavi.

**) Plures pulsatillae dolores non nisi inter quietem emergunt.

***) Etiam quarta et quinta hora observatum.

†) Post sextam horam observavi.

menstrua septem dies anticipata.
dolor strictorio tensivus in lumbis *).
dolores strictorio lacerantes hinc inde in toto corpore repetitis sed parvis et volaticis accessibus.
(in flexione brachii, tendinum cubiti flexorum dolor tensivus.
dolores strictorii **) in brachiis ab humero ad carpum usque, parvis sed repetitis accessibus.
in humeri junctura dolor lancinans inter brachii motum citum.
dolor strictorio tensivus in brachiis internis ad carpum usque.
(inter brachii pronationem dolor tensivus tendinum pronatorum.)
dolor in humero a sublatione brachii.
supra cubiti flexuram tumores subcutanei (non inflammati) tactu dolorosi.
dolor immanis pressorio disruptorius in femoris et humeri musculosis partibus ***).
femoris inter eundum subita asthenia paralytica volatica.
in glutaeis post sessum dolor simplex quasi a contusione †).
pedum gravitas et strictorius in iis dolor, minus in brachiis.
pustulae in pede serum fundentes cum dolore ardente.

---

*) Lumbaginem artificialem dixeris.

**) Verosimile est, et hos dolores fuisse strictorio tensivos, quasi nervus filo paulatim magis magisque attraheretur et subito iterum relaxaretur, quales fere sunt in musculis a pulsatilla nati dolores.

***) Post secundam horam observatum.

†) Vel quasi ab apostemate interno?

fragor genu.
calor pedum.
tumor pedum.
tumor ruber calidus pedum (erythema) cum dolore tensivo, urente, inter consistendum lancinante.
dolor strictorio tensivus in suris.
in plantis a statu dolor formicanti punctorius, et quasi a narcosi.
lancinatus singuli in plantis et digitorum apice inter quietem.
(dolor lacerans in plantis et supra genu.)
dolor surdus in vola, sive inferiori pollicis pedis facie.
in plantis pedum, supra genu, et in dorso lacerans dolor.
digitorum pedis dolor ut a pressura calcei.
dolor in plantae medio, dum insistitur, quasi ab excrescentia protuberante cum lancinatibus versus suram.
in calcaneo secans dolor inter lecti calorem.
dolor strictorio lacerans modo in uno, modo in altero artu, cum frigore et frigiditate.
dolor strictorio punctorius in artubus et articulationibus maxime, tactu quasi a contusione dolorosis.
vulsiones singulae artuum et totius corporis in somno.
in artubus tremoris sensus anxius, trepidatio.
(artus quasi contusi.)
in artubus anxietas tremula, sive trepidatio requie, decubitu, sessu aucta, motu diminuta.

in toto corpore sensus ingratissimus ad desperationem summam et impotentiam animi adigens, neque dormire, neque requiescere ullo modo sinens.
a strictoriis in artubus et toto corpore doloribus trepidatio.
sensus ingratus in toto corpore pernox quasi a vigilia longa cum capitis vappiditate ut a crapula *).
vulsorio strictorius dolor quasi a laqueo in artuum musculis, non in juncturis.
in corporis latere dextro sudor. 5
in corporis latere sinistro sudor **).
corporis immobilitas rigida.
gravitas totius corporis ***).
pulsatio arteriarum molesta in omni corporis parte, tactu maxime percipienda.
sensus prurienti punctorius in cute quasi a pu- 10
licibus innumerabilibus.
ulcera, si quae sunt, sanguiflua fiunt.
in ulcere dolor lancinans mordax, circumcirca pruritus.
furunculi hinc inde.
amenorrhoea cum frigiditate, horrescentia et tremore pedum.
menstruorum suppressio †). 15
constipatio pertinax.
dormituritio continua insomniosa.

---

*) Duodecima hora observatum.
**) Post horam quadragesimam etiam observavi.
***) Post octo horas observatum.
†) In foemina 47 annorum, in altera 48 annorum et in aliis. Maxime tum videbatur menstrua (bis et plurios) supprimere, si in plenilunio redire consueverant. Sed vis haec secundi ordinis esse videtur.

somnus comatosus, inquietus, agitatorius.
somnus insomniosus.
blateratio inter somnum.
in somno clamor de cane atro, feli.
agitatio in somno.
terror, succussio inter somnum.
experrectio succussoria e somno et delirium de apibus abigendis.
somnus nimis protractus, palpebris clausis, statim a principio comatosus, phantasticus, insomniis plenus.
sitis aquae vespertinus.
post calorem evanidum sitis intensissima, maxime cerevisiae et lingua albida.
pupillam dilatat *).
sensibilitas dolorifica abdominis, tactu excitanda **).

---

*) Frequentius in vi secundaria observavi, quanquam et interdum hora sexta dilatabiles maxime, interdum et post horam trigesimam sextam contractiores et parum dilatabiles viderim pupillas, necdum satis itaque constat, cujus ordinis ambo symptomata?

**) Non nisi inter reliquias observavi.

[OBSERVATA ALIORUM.]

Ant. Stoerck, von der Pulsatille, Frft. 1771.

In lingua primo dolor mordens, tum calor diutinus.
in brachio hinc inde dolores lancinantes.
in brachio nocturnus pruritus.
menstruatio aucta *).
in brachio vesiculae, pure dein refertae et squamis deciduae.
vomituritio.
enuresis **).
sudor magnus, foetidus nocturnus.
ardor urinae molestus.
materiae aquosae foetidae secessus ex urethra.
oculi aqua suffusi, lacrymis abundantes, lippi ***).
salivatio.
dolor in oculo, quasi cultro radatur.
lancinans in abdomine dolor.
ardentes, lacerantes, vagi dolores a digitis pedum ad inguen usque.
haemorrhois fluida †).

*) In multis.
**) In permultis.
***) In nonnullis.
†) Per tres dies.

tormina lacerantia.
diarrhoea *).
enuresis fere continua.
diarrhoea non debilitans.
dolores summi lacerantes, terebrantes, secantes in oculo.
menstruatio copiosa **).
purulenta excretio e nare sinistra.

Saur in Bergii mat. med. p. 517.

(a vapore.)

Tumor et rubor palpebrarum.
obnubilatio visus.

Heyer in Crell's chem. Journ. II. p. 502.

Capitis lancinans dolor.
enuresis.

Bergius, Materia med. p. 519.

(ab anem[illegible] nemorosa.)

Angustia pectoris.

Hellwing, flora campana, Lips. 1719.

Phthisis.

---

*) In multis.
**) In menstruorum suppressione.

RHEUM.

Vis

Horror sine frigiditate externa *).
gravitas totius corporis, quasi e somno altissimo experrecti.
lassitudo femorum, quasi nimis defatigatorum.
taciturnitas indolens.
segnities taciturna.
constrictio pupillarum cum inquietudine quadam **).
cephalalgia strictorio distendens, obnubilans et obtusa supra totum quidem cerebrum, maxime tamen in vertice et temporibus.
cephalalgia primo pressoria, dein lacerans ad occiput usque.
cephalalgia pulsatoria.
tormina ante et inter sedes, alvo deposita cessantia.
nausea vomituritiva.
anorexia coffeae nisi saccharo condiatur probe.

*) Circa semihoram observatum.
**) Si dosis magna fuerit, ad decimam sextam usque horam durat, tunc dilatabiliores fiunt.

sedes diarrhoïcae excrementicii cum pituita.
sedes pituitae griseae.
animus varia efflagitans importuno modo, et fletu.
caloris universalis sensus sine siti *).
calor et venae tumidae manuum et pedum, nec tamen brachiorum aut femorum, facie minime calida.
faciei sudor minus quam tepidus, egelidus, maxime circa nasum et os **).
somnolentia.
inter somnum inspiratio stertorosa ***).
somnus inquietus, ejulatorius, capite reclinato.
inter somnum vesperi delirium, ambulatio in lecto, oculis clausis, taciturna, inter calorem corporis magnum.
inter somnum manus supra caput protensae.
post somnum gravitas totius corporis.
post somnum palpebrae materia purulenta conglutinatae.
post somnum os internum muco foetido obductum.
post somnum sapor putridus in ore.
post somnum halitus ex ore foetidus.
post somnum pressio in scrobiculo, inter inspirandum per sternum propagata, in dolorem quasi a verberatione transiens.
dolor in pollice lancinanti lacerans vehemens †).

---

*) Secunda hora observatum. Calor ex rheo inter vires secundi ordinis sine dubio referendus.
**) Tertia hora observatum.
***) Prima hora observatum.
†) Tertia hora observatum.

lancinatus singuli in pectore *).
lancinatus singuli in brachiis.
dolor simplex omnium articulationum inter movendum **).
narcosis artuum quibus incúmbitur.
rigiditas genu inter movendum dolorosi ***). ξ
dolor dentium (cariosorum) diruens, elongatio, vacillatio †).
ardor urinae ††).
anorexia.
plenitudo ventriculi, quasi a nimia satietate †††).

---

*) Sexta hora observatum.
**) Inde a duodecima per plures horas observavi.
***) Circa vigesimam horam a magna dosi observatum.
†) A duodecima ad vigesimam quartam horam usque observatum.
††) Circa vigesimam horam a magna dosi observatum.
†††) Ab octava ad duodecimam usque horam observabatur, hoc demum interdum sequebatur somnolentia.

[OBSERVATA ALIORUM.]

MURRAY, Appar. Med. Tom. IV. p. 390 — 396.

Sudor copiosus *).
purgat et postea alvum adstringit.
sanguinis cursum accelerat, febris auctior.
respirandi difficultas et anxietas auctior.
nausea.
molestiae ventris.
somnifera virtus **).
tormina et inflatio abdominis ***).
deliria.
pectoris compressio. } †).
virium prostratio.

ardor in renibus, vesica. FALLOPIUS.

vertigo. SIM. PAULLI.

*) Colore luteo ex MENZEL et TILLINGIUS. odore rhabarbarino ex MENZEL.
**) Ex FORDYCE et LENTIN.
***) Ex BAKER.
†) Ex BROCKELSBY.

DATURA STRAMONIUM, L. (succus foliorum solis calore inspissatus.)

Vis plerumque 24 horas durat, ad summum 36 horas.

Frigiditas extremitatum.
frigiditas totius corporis.
frigiditas et frigus octo horarum.
animi abjectio.
lacrymatio involuntaria.
ebrietas *).
languor, pedes fessi.
propensio in decubitum pertinax.
evacuationes suppressae omnes.
siccitas faucium.
indeglutitio.
constrictio gulae.
difficultas deglutiendi cum dolore punctorio in gula.
difficultas deglutiendi cum dolore (pressorio) in glandulis submaxillaribus.
sensus in abdomine quasi ab expansione summa.
intumescentia abdominis non dura.

*) Aliquando post octo horas observatum.

appetitus prostratus.
nausea.
vomitus biliosus post levem motum, vel in lecto trunci erectionem.
ptyalismus.
narcosis artuum.
catalepsis volatica.
(pressio in scrobiculo.)
dolor lacerans in abdomine, quasi umbilicum evulsurus sit, dein in pectus tendens.
dolores strictorio lacerantes in dorso et epigastrio *).
dolor strictorius in spinae dorsalis medio cum dolore strictorio in posteriori parte ventriculi, illi respondente.
dolor strictorius in spinae dorsalis medio.
respiratio gravis.
respiratio angusta.
sensus circumvolutionis in pectore et tum calor in facie.
post decubitum noctu dolor disscindens in sterno, flatuum secessu evanescens, sed repetens.
dolor pectoris, sterni pressorius, loquendo excitatus.
bubo.
rubor faciei.
caloris sensus in facie post frigus et frigiditatem.
dolor capitis constrictorius.
amentia loquax, conquestio de cane pectus mordicus dilacerantibus.
tumor uniius, plurium membrorum.

den-

*) Exacta una hora observatum.

dentium dolor pulsatorius, quasi pars dentium casura esset.
dolores in osse sacro strictorii.
dolores in femoribus strictorii.
incalescentia.
miliaris rubra eruptio cutis.
calor, sudor universalis maximus, sine siti *).
inter calorem obvolvi stragulis apprime gestit, et si vel digitum e lecto emittit, dolorum reditu feroci excruciatur.
somnus turbulentus.
insomnia historica.
convulsiones artuum **).
dolor in dorso parvi spatii (lancinanti?) *strictorius, vel tactu dolorosi.*
dolor dorsi et una abdominis quasi a contusione, motu excitandus ***).
dolores dorsi, humeri quasi a verberatione †).
macula in dorso dolorifica per se et tactu.
appetitus auctus.
sensus oris interni, quasi ab excoriatione ††).

---

memoria imminuta.
haemorrhois plures dies fluens.

---

*) Quinta hora observatum.
**) An ad vires secundi ordinis referendum?
***) Duodecima hora observatum.
†) Duodecima hora observatum.
††) Circa vigesimam quartam horam observatum.
†††) Sequentia non nisi inter reliquias observavi, quarum quae ad vires primi, quae ad secundi ordinis vires pertineant, nondum mihi liquet.

sanguis grumosus ex ano secedens.
menstrua aucta, sanguine menstruali frustis magnis, grumosis secedens.
menstrua nimia, haemorrhagia uteri, cum doloribus strictoriis in abdomine, femoribus et artubus.

[OBSERVATA ALIORUM.]

D. Crüger, Misc. Nat. C. Dec. III. ann. 2. obs. 68.

(a semine in adulto.)

Fauces constrictae.
vertigo, ut quasi temulentus hinc inde vacillaret.
mentis vacillatio.
variae phantasiae obversantes.
ecstasis.

J. C. Grimm, Eph. Nat. C. Cent. 9. obs. 94.

(a semine in puero 8 annorum.)

Insania *).
saltatio.
gesticulatio.
cachinnus.
cantus.
sudor largior.
somnus longus **).

Kellner, Bresl. Samml. 1727.

(a seminis decocto.)

Abolitio sensuum, visus, auditus.

*) Post 3 horas.
**) Viginti quatuor horarum.

tremores.
agitationes artuum.
stridor dentium.
facies inflata, sanguine turgida.
oculorum contorsio.
pulsus tremulus, debilis, inaequalis, interdum intermittens.
murmura ventris *).

---

mentis absentia **).
delirium leve.

Abr. SWAINE, neue edinb. Vers. II, S. 279.

(a decocto pericarpiorum trium.)

Vertigo.
aeris liberi appetentia.
temula vacillatio, ebrii instar.
timor ne cadat.
timor ne mente privetur.
decubitus.
siccitatis ingentis in lingua et faucibus sensus.
siccitatis sensus in pectore.
pectoris constrictio horizontalis summa.
balbuties ***).
insensilitas.
inquietudo.
mussitatio.
frigiditas maxima universalis, artuum, trunci.
pulsus exilis, celer.
geniculatio, in genua erectio.

---

*) Mors post sedecim horas.
**) Per viginti quatuor horas.
***) Post semihoram.

brachiorum protensio.
manus quaeritantes.
oculi rigidi, soporosi.
aphonia *).
torpor, pulsu fere deleto.
artus paralytici.
stupiditas **).
furor immanis, vix contineri patiens, insurgens, feriens, arripere obvios gestiens.
garrulitas delirans, inconcinna blateratio.
vicissitudines sanae mentis et insaniae.
excretionum lotii et alvi suppressio.
agrypnia. ***).

Kaaw Boerhave, impet. fac. hippocr. L. B. 1745. p. 282.

Ebrietas.
pupillarum dilatatio.
oculi splendentes.
rubor faciei.
cantus.
lascivia, impudicitia.
balbuties.
oculi horridi, fixi, immobiles.
tremor labiorum, manuum, pedum.
stridor dentium.
convulsiones.
dementia.

---

*) Post aliquot tempus.
**) Per sex vel septem horas.
***) Per quatuordecim ipsas horas, quas veneficium durarat.

decubitus in dorso *), oculis late apertis, fixis.
trismus, labiis occlusis.
manus, nec tamen pollices, in pugnum contractae, extensiles tamen.
contractiones et extensiones artuum lentae, iterantes.
inspiratio lenta; exspiratio celerrima.
pulsus celer, intermittens.
sensuum et motuum voluntariorum abolitio (catalepsis), deglutitione tamen illaesa.
vomitus artificialis inter artuum spasmos.
somnus altus, stertorosus, cum contractione cruris rara.

VICAT, plant. venen. de la Suisse, p. 248.

(a fructibus.)

Tristitia.
aphonia.
pulsus deletus.
artus paralytici.
furor.

---

vertigines.
insensibilitas.
delira blateratio.
pulsus parvus, celer, tandem vix perceptibilis.
crura paralytica.
furor.

---

exanthema pruriens.
pupillae dilatatio.

---

*) Post horam.

J. F. LOBSTEIN, obs. de stram. sem. virt. ven. in App. Diss. GUERIN — SPIELMAN de pl. ven. Alsat. Argent. 1766.

(a seminibus in duobus infantibus.)

Artuum lassitudo *).
nisus in decubitum.
calor magnus cum blateratione in somno.
tumor faciei, genis et labiis praerubris **).
oculi tumore clausi, pupillis summe dilatatis, bulbis motitatis quaqua versum.
abdomen tumidum, nec tamen durum.
contractiones manuum et pedum alternantes.
convulsiones et deliria tactu maxime excitanda, debilitate mox subsequa.
lingua tumida, ex ore protensa.
fauces praestrictae, quasi a suffocatione vel apoplexia nascitura.
somnus tranquillus inter convulsionum mitigationem.
calor magnus, sudore miti, pulsu celeri, molli.
horror liquorum aquosorum, hydrophobiae instar, in furorem summum transiens, dum labia iis madefiebant.
pulsus magis lentus ***), respiratione liberiore, tumore evanido, convulsionibus et deliriis restantibus †).

*) Post quatuor horas.
**) Post quatuordecim horas.
***) Post octodecim horas.
†) Pupillae dilatatae et immobiles cum delirio ad triginta usque horas durabant.

Comment. de reb. in sc. nat. et med. gest. Vol. II. p. 241.

Sitis molestissima cum ptyalismo.

GREDING, in LUDWIGII Adversar. med. pr. Vol. I. p. 259.

Caput cum dolore obnubilatum *).
visus varie vitiatus.
visus hebes.
anxietas.
alvus segnior, obstructa.
alvus laxa.
appetitus auctus.
somnus turbulentus.
somnus tranquillus.
sudor saepe profusus.
febris.
largum lotii profluvium.
lippitudo.
convulsiones oculorum.
sitis intensa.
ptyalismus.
tormina.
singultus.
dolores rheumatici.
pruritus totius corporis.
formicatio.
purpura.

GARDANE, Gazette de santé 1773, 1774. p. 143.

Incalescentia corporis magna.

*) Quae sequuntur symptomata variis temporibus et diversis in hominibus subinde a Gredingio observata.

KRAMER, Commerc. lit. nor. 1733. p. 251.
(a tinctura spirituosa seminum.)

Delirium ferox.

DÖDERLIN, Comm. lit. nor. 1744. p. 15.
(a foliorum decocto.)

Mordicans in ventriculo sensus.
cephalaea.
rubor faciei.
narcosis.
convulsiones.

FOWLER, Medical and philos. Comment. Vol. V. p. 161.
(a sesquidrachma seminum in puella sexenni.)

Stupiditas.
tumor ventris.
tumor faciei, oculorum, linguae.
insania.
cephalaea.

(a semidrachma in puella triennі) ibid.

cephalalgia.
singultus.
tumor faciei.
vomituritio.

Van EEMS, in H. BOERHAAVE prael. de morb. nerv. T. I. p. 237.
(a pulvere naribus attracto.)

In mento horror.

BÜCHNER, bresl. Samml. 1727.
(a seminibus in adulta.)

Convulsiones.
apoplexia.

Schroer, in Hufel. Journ. d. pr. Arz. Vol. X. P. I. p. 195.

(a seminibus.)

Mania ferox, incoercibilis.
manibus captat.
ridet.
volutatio reptans in lecto.
pedibus insistere nequit.
pupilla dilatata immobilis.
congestio sanguinis ad caput *).

Chph. a Costa, ap. Schenck lib. VII. obs. 139.

Mentis alienatio.

---

risus.

---

ejulatio.

---

somnus.
alteri, quem non agnovit, colloquitur et respondet, colloquii tamen immemor, postquam ad se rediit.

Stoerck, lib. de Stram. Acon. Hyosc. Vien. 1762. p. 5.

(a vapore.)

Dolor capitis obtusus.

---

*) Symptomata viginti quatuor horas durarunt.

VALERIANA OFFICINALIS, L.

(Tinctura radicis.)

Vis

Frigiditas.

vomituriens nausea, quasi a filo pendens, ab umbilico oriens et sensim ad fauces adscendens, affluxum salivae copiosum ciens.

odontalgia.

dolores vagi punctorii in dentibus, collo externo, supra orbitas, in scrobiculo, in umbilico.

scintillae in visu.

palpitatio.

vomituritio.

vomitus.

purgatio.

synochus.

dolor pressorius in abdomine.

dolor forficans in abdomine.

in abdomine sensus expansionis summus, quasi ad diruptionem usque.

abdomen durum *).

torpor paralyticus in artubus.

*) Quarta hora observatum.

dolor quasi a contusione in artubus.
cephalalgia lancinans.
cephalaea octo horarum pressorio **lancinans.**
dolores rheumatici in scapulis.
dolores rheumatici in artubus.
dolor strictorius in dorso.
dolor vulsorius in pectore.
calor auctus.
agrypnia.
jactatio.

[OBSERVATA ALIORUM.]

Temulentia, ab odore. (Hill, on Valerian.)
anxietas. (Tissot, traité de l'épilepsie S. 309.)
vomitus. } (Ray, hist. pl. Tom. I. S. 388.
alvi profluvium. } Dodonaeus, Pempt. S. 262.)
labefactatio ventriculi. (Andrée, Cas. of epilepsy. S. 262.)
diuresis. (C. Hoffmann, Off. S. 583. Carminati, Opusc. therap. Vol. I. S. 227.)
pulsus arteriarum auctus. } (Carminati, ibid.
calor auctus. } S. 238.)
sudor copiosus. (Marchant, Mem. de l'ac. d. s. de Paris 1706.)

VERATRUM ALBUM, L. (Tinctura radicis.)

Vis nychthemerum fere durat.

Tussicula sicca ob titillationem in ima sterni parte *).

frigiditas totius corporis **).

frigiditas pedum, quasi ab aqua frigida in iis circulante, cum tremore.

frigoris sensus in vertice capitis et simul in pedibus ***).

vertigo.

pupillae ad summam coarctationem pronae.

nisus in decubitum.

imbecillitas maxima.

gressus vacillans.

viribus cassus collabitur.

virium lapsus.

animi deliquium.

facies hippocratica.

languor quasi nimio calore confecti.

aer molestus, ut ex morbo gravi convalescenti atmosphaera molesta est.

*) Statim post ingestum veratrum observatum.

**) Post panca minuta observatum.

***) Post primam horam observatum.

ratio deficit.
delirium mite, frigido corpore, oculis apertis, vultu sereno, interdum risorio, de rebus religiosis, de votis solvendis, de precibus, cum erronea de domicilio opinione (alio esse credit) *).
rationis status quasi per insomnia.
taciturnitas.
aphonia.
memoriae lapsus.
spuma ante os.
oculi revulsi.
coma vigilans, oculis hoc aperto, illo clauso, semiclauso, cum succussionibus quasi a terrore **).
somnolentia cum terrificis succussionibus somnum impedientibus, postea febriles motus.
sudor frigidus.
sudor frigidus frontis.
strangulationis, suffocationis accessus, oculis prominentibus ***).
respiratio intercepta.
respiratio fere deleta.
spasticae constrictiones gulae', pupilla contractiore.
trismus.
constrictiones gulae quasi a pyri austeri esu.
spasmodica contractio musculorum intercostalium in sinistrum latus cum respiratione intercepta †).

---

*) Post primam horam observatum.
**) Post semihoram observatum.
***) Post semihoram observatum.
†) Tertia hora observatum.

constrictio pectoris dolorifica.
anxietas summa, respirationem intercipiens.
anxietas in deponenda alvo, quae metum apoplexiae incutit.
ante alvum deponendam sensus quasi a syncope nascitura in abdomine infimo.
angor suspiriosus. } *).
suspiria aestuantia. }
spei abjectio, animus desperans.
angor, quasi ex mala conscientia.
angor, quasi a divinatione fati impendentis **).
tremor totius corporis.
susurrus aurium ***). obturatio auris alterutrius.
siccitas palpebrarum summa ****).
palpebrae siccae maxime post somnum; dolentes quasi ab attritu, rigidae, conglutinatae.
palpebrae conglutinatae in somno †).
inter somnum brachia pone caput porrecta ††).
palpebrarum siccitatis sensus.
febriles motus.
horripilatio cutem perreptans v. c. faciei †††).
oscitatio.
singultus.
ardor in gula ††††).
rasionis sensus in gula.

aspri-

*) Secunda et tertia hora observatum.
**) Octava hora observatum.
***) Post duas horas observatum.
****) Post semihoram observatum.
†) Post quartam horam observatum.
††) Intra primas horas observatum.
†††) Circa secundam horam observatum.
††††) Post secundam horam observatum.

aspritudo faucium.
gulae coarctatio quasi a tumore interno premente, anginae species.
gustus imminutus, sapor pultaceus in ore *).
sapor insulsus, insipidus.
siccitas faucium, potulentis non sedanda **).
appetentia fructuum horaeorum, citri acidi.
appetentia pomorum.
sapor putridus instar fimi.
fimi foetoris sensus ***).
labia fissilia.
dentium vacillatio.
siccitatis narium internarum sensus et irritatio ea quae a pulvere viarum aridarum in naribus oriri solet ****).
sensus quasi ab ulcere in naribus.
rheumatica nuchae rigiditas, vertiginem acciens, maxime inter movendum.
capitis dolor interrupte pulsatorius †).
capitis dolor pulsatorius supra oculum sinistrum per quadrantem horae ††).
capitis dolor pressorio pulsatorius.
capitis dolor obtuse pressorius in vertice (mane) post somnum.
capitis dolor quasi fractum sit cerebrum aut pars ejus.
hemicrania pressoria cum ventriculi dolore connexa †††).

---

*) Jam primo quadrante horae observatum.
**) Sexta hora observatum.
***) Circa horam decimam sextam observatum.
****) Tertia hora observatum.
†) Sexta hora et a majori dosi observatum.
††) Prima hora observatum.
†††) Post quartam horam a minori dosi observatum.

congestio ad caput inter pronationem *).
dolores ex pressione et contritione compositi hinc inde in cerebro, interrupti **).
stomachus non sine proritatione ***).
animus vitia aliorum conquirens.
convicia irritati, alias taciturnitas.
ructus inanes.
ructus amari.
vomituritio cum sapore bilioso in ore.
vomitus primo biliosus, dein pituitae maxime tenacis.
ante vomitum semper horror supra totum corpus.
effluxus salivae aqueae copiosus, quasi a verminatione.
cardialgia.
cardialgia quasi a fame canina.
pressio in scrobiculo vehemens, ad sternum, hypochondria et ossa ilei propagata †).
dolor tensivus in hypochondriis quasi a flatibus.
dolores circa praecordia pressorii, strictorii.
dolor in abdomine hinc inde, cultris quasi disscindens ††).
colica flatuosa hinc inde intestina lacessens et totum abdomen occupans, flatibus quo serius, eo rarius et difficilius abeuntibus †††).

---

*) Octava hora observatum.
**) Post primam et plures horas observatum.
***) Quarta hora observatum.
†) Octava hora observatum.
††) Statim post ingestum veratrum observatum.
†††) A sexta inde hora ad duodecimam usque horam observatum; transitus a primo ad secundum virium ordinem.

dolor tractorio lacerans per minuta, in infimo abdomine, maxime supra os pubis *).
tormina disscindentia **).
secessus flatuum copiosus ***).
flatuum eruptio tumultuosa deorsum.
sedes citae, crebrae, molliores ****).
ardor ani in alvo deponenda †).
acredo excrementorum ††).
herniae molimina.
herniam incarcerare tentat.
inter tussim lancinans dolor ex abdomine per funiculum spermaticum penetrans †††).
haemorrhois coeca ††††).
ardor urinae.
acredo urinae.
sensus strictorius in testiculis.
intertrigo praeputii (1).
coryza (2).
titillatio in infima bronchiorum parte tussifera, expectoratione levi (3).
dolor in musculosis corporis partibus expressione et contritione compositus.
dolor strictorius in artubus.

*) Prima hora observatum.
**) Duodecima hora observatum.
***) Primis horis.
****) Primis horis observatum.
†) Duodecima hora observatum.
††) Duodecima hora observatum.
†††) Circa tertiam horam observatum.
††††) Decima hora observatum.
(1) Post 6 horas.
(2) Octava hora observatum.
(3) Prima et sexta hora observatum.

dolor omnium membrorum, quasi fatigatione confecta essent.
sensus in ossibus quasi contrita essent *).
pressio in sterno **).
dolor in pectore sinistro, parvo spatio circumscriptus, punctorio pulsatorius ***).
dolor in sterno pressorius a cibo, potu.
sensus in brachio, quasi nimis plenum seu tumidum esset.
narcosis artuum.
formicatio in digitis.
narcosis digitorum †).
formicatio in digitis angorem procreans.
ardenti pruriens dolor in digiti minimi prima phalange, ut a gelu ††).
quasi a luxatione dolor in pollicis articulo.
dolor rheumaticus per motum sensibilis intra scapulas et a nucha ad os sacrum, maxime inter alvum deponendam sensibilis.
dolor arthriticus in musculo deltoide et in genu.
dolor gravativus crurum, quasi a lassitudine.
fragor genu.
crampus surarum.
pedes subito tumidi, post aliquot horas detumescentes.
post sessum inter motum dolor paralyticus et

---

*) Secunda hora observatum.
**) Secunda hora observatum.
***) Quinta hora observatum.
†) Prima hora observatum.
††) Sexta hora observatum.

quasi a contusione articulationum genu et ossis sacri *),
in pollice pedis lancinantes dolores **),
inter sessum dolor lacerans musculorum extensorum,
(dolor lacerans in auriculis.)
(oculi inflammatio, cum dolore lacerante.)
oculi albugineae inflammatio cum dolore lacerante in eo. } ***).

——— ****).

pupillae dilatatae,
(somnus nimis altus.)
pruritus cutis exedens †).
eruptiones cutaneae, scabiei species.
pustulae acervatim conglomeratae, dolorificae, miliare exanthema per calorem etiam interdiu pruriens (solum in juncturarum regione?) post fricatum urens, inter eruptionem tuberculorum urticalium.
constipatio ob crassitiem et duritiem excrementorum alvinorum ††).
excretiones omnes suppressae †††).
intestina labefactata quasi et contrita, flatibus abire recusantibus.
flatus, meteorismus surde torminosus, inquie-

---

*) Octava hora observatum; an ad secundum ordinem referendum?

**) Quinta hora observatum.

***) Haec an ad secundi ordinis vires sint referenda, non liquet.

****) Quae sequuntur ad vires secundi ordinis videntur referenda.

†) Duodecima hora observatum.

††) Tertia et decima quarta hora observatum.

†††) A nimis magna dosi per aliquot dies observatum.

tudo et tensio abdominis quasi ab alvo constipata.
dolor in hypochondriis et pectore a flatibus abire recusantibus.
titillatio in ima bronchiorum parte, sine expectoratione *).
agilitas et pathorum et dolorum imminutio.
inquietudo negotiosa. } **).
laboris amor.
hyperaesthesia, mentis status exaltatus.
animi effusio.
——— ***).
febricula †) plurium dierum, interdum chronica.
chronica debilitas.
sopor, coma vigilans.
metus.
idearum penuria.
motus corporis tardus.
succussiones quasi electricae cum dolore subsequo genu et cubiti quasi a contusione.
podagram restituit.

---

*) Post nychthemerum observatum.

**) Haec transitum in secundum virium ordinem parare videntur.

***) Quae sequuntur tanquam reliquias observavi, ex nimiis dosibus.

†) Interdum matutinam observavi, interdum vespertinam.

[OBSERVATA ALIORUM.]

Benivenius, apud Schenck, lib. VII. obs. 174.

Crebra et vehemens alvi dejectio *).
spiritus attractio summe gravis ac difficilis ad mortem usque, post sex horas insequentem.

Idem apud eundem. obs 175.

Vomitus primo bilis ac pituitae, tum nigrae bilis, postremo sanguinis.
imbecillitas maxima.
sudor frigidus in toto capite et thorace emanans.

Forestus, apud Schenck, ib. obs. 176.

Convulsio.

(in alio ab infuso vinoso.)

vomitus enormis.

*) Statim.

cholera.
animi defectus.
anhelitus praefocatio.

L. Scholzius, apud Schenck, ibid. obs. 178.

(a pulvere, condimenti loco.)

Quasi strangulati hospites in suffocationis periculo versabantur.

S. Ledelius, Misc. Nat. Cur. Dec. III, ann. 1. obs. 65.

Vomitus *).
alvi fluor copiosissimus, dolorosus.
vertigo, post semihoram.
dolor capitis.
convulsiones.

(a granis decem.)

tensio artuum.
circumgyratio capitis cum gravitate.

R. Lentilius, Misc. Nat. Cur. Dec. III, ann. 1. app. S. 130.

Vomitus horrendi.
alvi excretiones.
convulsiones epilepticae.
tanta tormenta **), ut sanguis per unguium rimas transsudaret.

S. Gras-

---

*) Statim.
**) Dolores, anxietas.

S. Grassius, Misc. Nat. Cur. Dec. I. ann. 4. S. 93.

Balbuties.
delirium leve.
aestus internus cum potus denegatione.

J. de Muralto, Misc. Nat. Cur. Dec. II. ann. 2. S. 240.
(a foemina 30 annorum ab infuso vinoso.)

Singultus *).
strangulatio circa gulam.
anxietas.
incendium circa praecordia.
sternutationes fortes, frequentissimae.
vomitus.
spasmus.
convulsiones **).

Reiman, Bresl. Samml. 1724. S. 535.
(a semidrachma.)

Anxietas.
cardialgia.
strangulatio, constrictiones spasticae gulae.
vertigo summa.
cholera.
inflatio oesophagi.
inflatio abdominis.
sudor frigidus.
crampus surarum.

*) Post quadrantem horae.
**) Mors post duodecim horas.

DOBOLÆNSKY, Misc. Nat. Cur. Dec. I. ann. 2.

Apoplexia.

BORRICHIUS, Acta havn. T. VI. S. 145.

Oculorum intorsiones.
visus abolitus.

P. J. BERGIUS, Mat. med. S. 872.

Ardor faucium.
sensatio corrodens cardialgica.
oppressio pectoris.
lancinantes imi ventris dolores.
lancinantes vagi dolores.
piperis sensus in faucibus.

CONR. GESNER, epist. med. f. 69.
(ab infuso aliquot granorum.)

Ardor circa scapulas.
ardor in facie, capiteque.
fervor linguae et gutturis.
inflatio oesophagi cum suffocationis sensu.
singultus per semihoram.

---

hilaritas.
acies ingenii.

ETTMÜLLER, op. Tom. II. P. II. S. 435.

Vomitus violentissimi.
dejectiones alvinae, violentae, sanguineae.

SMETIUS, Misc. med. S. 565.

Epidermidis desquamatio.

LORRY, de Melanchol. II. S. 312 — 315.

Syncopes metus.
faucium strangulatio.
stomachi et intestinorum cruciatus.

---

anxietates.
vomitus enormis.
crampus surarum.
convulsiones.

J. E. GREDING *), vermischte Schr. S. 30.

Vomitus viridis muci, bilis viridis.
phlogosis in facie, naso, oculo, ore, lingua.
eruptiones cutaneae.
maculae cutaneae.
pleuritica symptomata.
calor corporis cum rubore et calore faciei.
sitis dira.
cephalalgia dira.
formicationes in digitis, manibus.
insudatio.
enuresis.
salivatio.
salivae profluvium multum.
menstruatio in amenorrhoea.

SMYTH, med. communic. Vol. I. S. 207.

Vertigo.
singultus.
nausea.

*) Tumultuarius observator, enormes doses urgens.

vomitio.
debilitas summa.

KALM, N. amer. resa, Tom. III, S. 49.
(ab externo usu.)

Ardoris sensus.
enuresis.

VICAT, plant. venen. d. l. Suisse, S. 167.
(loco condimenti in escis.)

Frigiditas universalis.
gelidus sudor totius corporis.
imbecillitas extrema.
sensus fere evanidi.
pulsus fere evanidus.
vomitus ferox.
crura trementia.

WINTER, Bresl. Samml. 1724. S. 268.

Constrictio gulae.
convulsiones artuum.

DESSENIUS, Compos. med. lib. X. S. 422.

Diarrhoea sanguinea.

RÖDDER in ALBERTI, med. leg. obs. 15.

Frigus universale.
anxietates.
hypercatharsis.
vox deficiens.
sudor frigidus.

pulsus inperceptibilis.
convulsiones.

ALSTON, lect. on mat. med.
(ab infuso semidrachmae.)
Vomitus niger.

Bey dem Buchhändler Joh. Ambr. Barth in Leipzig ſind auch folgende Bücher erſchienen und um beygeſetzte Preiſe zu haben.

Beckers, Dr. G. W., Neue Haus- und Reiſe-Apotheke oder mediciniſches Noth- und Hülfsbüchlein, nebst einer genauen Unterſuchung aller wirkſamen und überall zu habenden Hausmittel, 2te ſehr verbeſſ. Auflage, 8. 1803. 22 *gr.*

Dies Büchelchen zeigt seinen Inhalt sehr deutlich auf dem Titel an, und der Verf. hat nichts unterlassen, was dasselbe sehr brauchbar für jeden Hausvater, Oekonomen, Landprediger, Landleute und Reisende macht, diese Brauchbarkeit wurde auch hinlänglich anerkannt, da schon im zweyten Jahr nach seiner Erscheinung die 2te sehr verbess. Auflage erfolgte.

Desselben populäre Menschenkunde in jeder Hinsicht, ein Handbuch für die erwachsenere Jugend beyderley Geschlechts, ihre Erzieher, und jeden, der sich selbst kennen lernen will, 2 Theile, 1803. 2 *thl.*

Sowohl der physische als intellectuelle Theil des Menschen wird jedem hier in den verschiedenartigsten Beziehungen vor Augen gelegt. Je schwieriger die Begriffe davon oft sind, die der Mensch aus sich selbst zu abstrahiren hat, desto deutlicher suchte der Verf. seinen Lesern zu werden und Niemand wird das Buch ohne bereicherte Kenntnisse aus der Hand legen.

Consbruch, Dr. G. W. und Dr. J. Chr. Ebermaiers allgemeine Encyclopädie für Aerzte und Wundärzte, 1ster, 2r, 3r, 4r, 7r, 9r Theil, 8. 1802-1804., welche unter folgenden einzelnen Titeln erschien und in allen kritischen Blättern mit allgemeinem Beyfall aufs brauchbarste empfohlen worden ist, als:

Anatomisches Taschenbuch für Aerzte und Wundärzte, von Dr. Consbruch, 8. 1 *thl.*

Physiologisches Taschenbuch für Aerzte und Liebhaber der Antropologie, von Dr. Consbruch, 8. 1 *thl.*

Beyde Theile enthalten in gedrängter Kürze eine deutliche und faſsliche Uebersicht aller Verbindungen der Theile des menschl. Körpers, mit steter Rücksicht auf die neuesten Forschungen und Erweiterun-

gen dieser Wissenschaften, wodurch sie selbst dem erfahrnen Arzt nicht ohne Interesse geblieben sind.

Diätetisches Taschenbuch für Aerzte und Nichtärzte, von Dr. Consbruch, 8. 1 *thl.* 12 *gr.*

Es würde nicht genug seyn, wenn dieses nützliche Buch den Aerzten allein bekannt bleiben sollte, da es besonders dazu mit bestimmt ist, dafs es von jedem, dem darum zu thun ist, seine Gesundheit zu bewahren, zu erhöhen und über die Gefahren, die der Gesundheit drohen, belehrt seyn will, gebraucht und beherzigt werde. Der Verf. hat deshalb den Sinn der Diätetik in dem weitesten Umfange nach einer ganz systematischen Ordnung aufgestellt, und jeder wird sich bald überzeugen, dafs er mit erhöheter Zufriedenheit dem Verf. zu folgen berechtigt sey, wenn ihn an Erfahrung der Gesundheit gelegen ist.

Taschenbuch der Arzneimittellehre für praktische Aerzte und Wundärzte, von Dr. Consbruch, 8. 1804. 20 *gr.*

Auch dieses enthält eine vollständig gedrängte Uebersicht aller Erfahrungen, welche bis jetzt in der Arzneimittellehre gemacht worden sind.

Klinisches Taschenbuch für angehende praktische Aerzte von Dr. Consbruch, 2 Bände, 4te sehr verbesserte Auflage, 8. 3 *thl.*

Dieses Buch ist seit seiner Erscheinung in 3 Auflagen zu bekannt, dafs nur die neue vierte Auflage genennet werden darf, die durchaus Zusätze und Verbesserungen erhalten hat, indefs ists Pflicht für den ungerechten Nachdruck nach der dritten Auflage zu warnen, in welchem diese wesentlichen Verbesserungen ganz fehlen. Diese Warnungsanzeige findet jeder auf dem Titel der wahren verbesserten 4ten Aufl.

Taschenbuch der Chirurgie für Aerzte und Wundärzte, von Dr. Ebermaier, 2 *Bände*, 8. 3 *thl.* 12 *gr.*

Angehende Wundärzte, die selten kritische Blätter lesen, in welchen dies Werk aufs brauchbarste empfohlen worden ist, werden gern erfahren, dafs sie in demselben mit allen Vorkenntnissen und Handgriffen dieser Wissenschaft, so wie mit den Krankheiten und ihrer Behandlung selbst genauen und deutlichen Unterricht finden. Der Verf. hat den Werth desselben dadurch noch sehr erhöhet, dafs er bey jeder Krankheit zeigt, wo und wie die innere Heilkunst zu Hülfe kommen müsse.

10286783

10286783

10286783

10266783